Per talem quoq; dictionem conijcere licet de dolorum curatione omnia, quæ ab ipso ante scri- E
pta sunt, dicta esse, & hoc etiam.

Poculum hydropi. Cantharides tres abiectis singularum tum capite, tum pedibus, tum alis, in cyathis aquæ tribus 122
terantur, atq; , cum bibens laborauerit, calido perfundatur, Vngatur prius. Ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo
vel pinguedine edat.

Quídam dictionis huius mentem haudquaquam intelligens audax medicus prædictas partes à cantharidibus abiecit, deditq; hydropi, cui cum à primo die abscessus in sura comparuisset, post tres alios dies sectus est, effusaq; copiosa aqua, curatus esse visus est, ꝙ pars tumoris præter naturam plurima statim ad moderationem redacta sit, veruntamen non multis post diebus obijt, Quam ob causam medico quidã crimen ingessit, perperam data esse cantharidũ corpora inquiẽs: Nẽpe propinanda ablatis corporibus tum caput, tum pedes, tum alas, idq; esse, quod in dictione enunciaretur. Quare nõ cunctatus audax ille medicus hydropi alteri ita propinauit, moxq; facto similiter in femore abscessu, sectoq; atq; effluxo similiter humore, multis post diebus hominem mori contigit. Quanquam vrinarum prouocatorio medicamento ex cantharidibus confecto quidam citra bibentium incommodum vsi sint. F

¶ Sanguinem supprimentia, quæ Græci ἐσχαρωτικὰ dicunt. Fici succum lana susceptum intus ad venam appone. Vel 123
coagulum inuolutum ad nares immitte. Vel chalcitidem digito ante tractã preme, chartilaginesq; utrinq; foris com-
prime. Ventrem lacte asinæ cocto solue, caputq; rade, & astringentia, si calidum anni tempus fuerit, exhibe.
¶ Sesamoides superiorem ventrem purgat sesquidrachmæ pondere in oxymelite tritum & potui datum. Miscetur
autem veratris ita, vt tertiam efficiat partem. Nempe id hoc pacto minus suffocat. ¶ Ad trichasin. Filũ vbi acui
foramen habenti subieceris, celsiorem q; atq; acuminatam supra tensæ palpebræ partem ad inferiorem vsq; traiece-
ris, quod superius est, inferiori liga, fila autem extendens consue & colliga, donec deciderit. Et, si satis quidem fuerit,
bene cedat: si non, deficitq; aliquid, hæc resice. ¶ Hæmorrhoidas modo simili persequeris. Nam acui crassissimum la-
næ pinguis filum & quàm maximum colligabis: securior etenim est huiusmodi curatio. Deinde comprimes, et putre
faciente veteris medicamento, neq; prius, quàm deciderit perfundes: vnamq; perpetuo relinques: & postea purgabis
elleboro. Exercitetur deinde, & sudet, & mane multum perfricetur. A cursu contineatur, & crapula, & ab acri-
bus, excepto origano. Vomat septem diebus, aut ter in mense. Nam hoc pacto optime corpus habebit. Vinum fuluum
bibat, austerum, & aquosum, & paucum. ¶ Purulentis dissectos scillæ orbiculos in aqua excoque: aquamq; valde
feruefactam effunde, aliamq; infunde & coque ita, vt tangenti percoctum, & molle appareat. Deinde, vbi triue- G
ris, cyminum frictũ misce, sesamaq; alba, et recentes, quæ tritæ sint, amygdalas, atq; ex melle eclegma facito, datoq;.
Post hæc vinum bibat, papaueriseq; albi triti lecisium aqua perfusum, & cum frumẽtacea farina melleq; coctum
tepidumq; sorbeat. Sicq; diem transigat. Deinde ad ea, quæ contingunt, respiciens cœnam dato. ¶ Ad dysenteriam.
Fabarum purarum quadrantem accipe, surculosque rubiæ duodecim immisce, atque abundãter excoque, deinde de-
lingendum porrige. ¶ Ad oculos. Cinerem (græce spodon) lotum abunda nterq; maceratum, ut pinguedinem non li-
quidam læuemq; teres, acerboq; vuæ acerbæ amaræq; succo humectabis, in sole desiccabis: humectare enim oportet,
ut non solutu facilis sit. cum autem siccus factus fuerit, læui, trito, & sicco perũge oculos, et angulos conspergo. Ad
eosdem. Ebeni drachmam, æris vsti obolos nouem, & croci obolos tres in cote tere: quæ ubi triueris, vini dulcis cotu-
lam atticam infunde: deinde soli expone, contege: atque, ubi concoctum fuerit, eo utere. Ad eorum dolores. Chalciti-
dis drachmam, vuæ expressæ partes duas, myrrham crocumque tere, mustum permisce, in sole excoque, & eo dolẽ-
tes oculos perunge: sit autem in vase id æneo. ¶ Quonam pacto uuluæ strangulatio cognoscatur. Digitis duobus cõ-
prime: si sentit, ea est: si non, conuulsio est. ¶ Hydropi potio conueniens. Meconij. i. pepij rotundi lecisium atticũ.
Catapotia eidem. Lepidos. i. squammæ, melæ tres latitudine cum farina triticea agglutinentur, teranturque, et in ca-
tapotia conuoluantur, denturque. Deorsum enim aquam purgant, & fecem deijciunt. Aliud. In caricas singu-
las, tithymalli guttas septem etiam pueris instilla. Deinde in vase nouo compone concinnaque, & asserua: atque an-
te cibum exhibe. Aliud. Meconium tere, aquam infunde, & percola, farinam macera, itrium coque, mel coctũ H
infunde, & edendum hydropi exhibe. bibendumque vinum dulce aquosum, vel dilutam mulsam porrige. Quod ab
excrementis meconium colligis, asserua, & cura.

Liber hic ex his planè ostenditur commentarius esse, varijs mistisq; constans theorematis, ꝙ in eo inordinate ab alijs in alia fiat transitus: quomodo & hic in ea, quæ per nares fit, sanguinis profusione scripta sunt auxilia. Nempe alia parti ipsi, quæ sanguinem profundit, exhibentur: Alia reuellunt, vt aluí solutio: Alia caput addensant, astringuntq;, vt refrigerãtia. Quæ deinceps sunt, omnia medicamentorum scriptiones habent, & quædam commista auxilia. De appellato igitur sesamo sermonem in primis facit. Mox pilorum in palpebris manualem operationem scribit, quam ἀναβραγχισμὸν appellant. Pari modo & hæmorrhoidũn, alteriusq; earum sanationis memi nit. Postea purulentorum tum medicamenta, tum sorbitiones scripsit. Atque ab his compositiones eorum, quæ ad oculos deputata sunt, medicamentorum. Præterea de strangulationis vuluæ dignotione egit. Mox de meconio. Postea de aquæ eductorio medicamento, & subinde fæcis. Et demũ hydericis de meconio & itrijs exhibet. Sunt aũt eorũ, quæ serie continuata dicta sunt, plurima quidem manifesta: alia nequaquam manifesta sunt, de quibus deinceps faciam sermonẽ.

Galeni

GALENI DE REMEDIIS PARATV FACILIBVS LIBELLVS AB HVBERTO BARLANDO PHILIATRIO LATINO SERMONI TRADITVS,

Nunc denuo, accuratissime castigatus, & ab omni labe purgatus.

PROOEMIVM.

C ARtem medicam, nullis vnquam ciuitatibus, nullis locis publicis opulentis ue hominibus, aut nobilibus, aut principibus, aut potentibus, circũscriptam: sed quæ potius, præingenti erga genus humanũ beneuolentia, suaq; maxima vtilitate, ad omnes tandem homines pertinet: quæq; saltem potestate, quãuis actione, ob negligentiam eorum qui illi operam nauant, nunc videatur deficere, ad rura ipsa ac etiam solitudines finesque suos prorogauit: æquum esse duxi vt pro mea virili, ad eorum ministerium, qui iter facerent, & eorum etiam maxime qui rurí ac in solitudine versantur traducerem, vbi in corporibus facilis quidem, & præter omnem expectationem est morborum tum prouentus, tum vis: nec tamen postea ita facilis est remediorum copia. Nam neq; quocunq; loco in promptu medicamenta preciosa esse possunt, neq; præterea medici præsentes sunt, qui eis vti nouerint: cum tamen tales plerunque adsint circunstantiæ, vt nullam dilationis occasionem præstent: vt in angina, venenosisq; medicamentis, atq; morsibus animantiũ virus eiaculantium, nec non in sanguinis profluuijs, cholerisq;, ac id genus alijs solet euenire. Vnde neq; scientificas, atq; exquisitam curandi rationem omnibus suis præceptis absolutam, hoc in loco explicare instituí: sed eam qua possit quis, vel etiam vulgaris, periclitantibus casu quopiam, aut alioquí male affectis hominibus illico opem ferre, illis sane remedijs vsus, quæ in tãta rerum difficultate, sint paratu faciliora. id enim reor iure esse suppo nendũ, ꝙ ratio materiæ quæ exquisita, & oĩno ex arte est, atq; etiã remediorũ vsus, quí ex scientiæ ratione sit, eo maxime tpe necessaría sunt, quo & medicamentorũ, atq; etiam medicorũ copia nobis suppetit. At vbi occasio præceps est, nec in promptu copiosa ac larga sit remediorum affluẽtia, summopere necessariã eo tpe facultatem medicamentorũ, quæ paratu facillima sint, illis esse arbítror, quí quauis corporis particula male afficiuntur. Describam igit remediorũ facile parandorum
D materiam: qñq; tñ, quãuis id raro, aliquã etiã exquisitiorũ medicamentorum, quę ꝓpterea ꝙ in vsu multis sint, facile haberi possunt, mentionem faciã: sumamq; à capite exordiũ. Ipsum etenim tanq; arx totius corporis est, & veluti habitaculũ sensuum, quí in summo sunt honore, atq; hoibus maximopere necessarij. &, pinde, ab illis remedijs quæ illi ex vsu sunt, initiũ faciã. in primis e, psequẽs q; facile haberí possint, quæq; maxime aperta sint. Caput multifariã afficí potest. nam ex æstu, ex frigore, ex vaporibus quí à vẽtriculo tollunt atq; id replent, ex externis etiã quæ grauitatem illi afferunt, quæq; fœtida sunt, & ex alijs multis. Præterea vero sępe turpitudine quadam ſm cutem & capillos tenetur, vt sunt alopeciæ & ophiases, variæq; vlcerũ differentiæ. Æstus itaq; ac frigoris, vapo rumq; præterea quí ex externis rebus excitantur, signa quæ satis esse possunt, sunt illæ ipsæ causæ manifestæ, procatarctícas græcí appellant. Iam vero illos quí ex æstu laborant, hæc cõsequunt, dolor cũ pulsu, vt vniuersum caput sideratione teneri videat (græcí sphacelũ vocant) cum sensu ignei caloris, vasorũ circa frontẽ distentio, oculorũ rubor, plerunq; etiam vigilia. Eos vero quí ex frigore, grauedo cũ stupore. cõgelatio vasorũ ſm frontem concilio. ꝙ si frigori iungat humiditas, sopor. At eos quí ex vaporibus, dolor pungens, pulsus arteriarum quæ circa frontem sunt vertigines, oculorum hallucinationes, aurium sonitus. quæ eadem etiam his, quibus ex interna causa caput vaporibus repletur, euenire solent.

Universidad del Rosario Archivo Histórico

De capitis dolore, & primo de dolore ex Solis æstu. CAP. 1.

Capitis ex Solis æstu dolori medetur fotus ex oleo immaturo, frigido, Quòd si vehementior fiat dolor, ex rosaceo & aceto. At si ad manum non fuerit rosaceum, oleo acerbo siue immaturo vtendum. Porrò olei partibus quatuor, aceti vnam commisceto, si mediocriter refrigerare cupias, alioqui plus aceti foret adijciendum. Feruente autem æstuanteq; vehementius capite, commiscendus aceto succus, aut polygonij, id est sanguinariæ, aut plantaginis, aut portulacæ, aut lactucæ, aut vuæ acerbæ, aut denique alius cuiuis, similis cum dictis facultatis. At ex succis hisce, magis ne an minus temperatura frigidus conueniat, satis superq; docebit affectus ipsius magnitudo siue vehementia. Consultius ad hæc fuerit, decumbere ægrotum in domo quapiam frigidiori, si non natura saltem arte, vtpote strata foliis & vitis, & rubi, & pomi. & alijs horum similibus, quibus fuerit pro tempore refrigerandi facultas. Dicto porrò affectui perquam similes sunt, qui à quauis intemperie ortum habent, & non à causa externa. Verum vt ab intemperatura, tum calidiori & sicciori, tum frigidiori & sicciori graues oboriuntur dolores, ita nulli ab humidiori. Cæterum curantur ab intemperie orti capitis dolores modo eodem, quo à causa oborti externa, suo nimirum contrario.

De capitis dolore ex frigore.

Capitis ex frigore dolori medentur fotus natura calidi: qui si ex mediocri habuerit ortum, satis fuerit vti oleo aut anethino, aut rutaceo, calido: si autem intendatur ex vehementiori videlicet frigore, cucumeris agrestis radix prodest, cui modicum eüphorbij interdum addito, vel oleo irino, alióue id genus tenuis substantiæ vtitor, aliqua ijs commiscendo. Porrò admiscebitur horũ quantitas modo maior, modo minor, pro ratione vincentis frigoris considerando ac metiendo.

Ad capitis dolorem ex Vaporibus.

Quibus caput ex vaporibus dolet, his subducenda aluus est: prospiciendumq; de domo vndique perspirabili, aerisq; clari ac puri: cienda sternutamenta, præsertim si febre vacent, attracto per nares trito aut struthio aut pipere: vacuatis enim ratione ac vaporibus, facile discutietur dolor. Fouendum præter hæc oleo caput est, cui adiectum sit aceti nonnihil: sic enim reprimetur immodica ad caput vaporum sublatio, quodq; nunc cerebri ventriculis insedit, discutietur. Non sinatur autem talis dormire, & potissimum interdiu.

De dolore capitis ex Ventriculi cruditate.

Quibus caput per consensum dolet, ex cibi in ventriculo cruditate, aqua tepida liberalius est in potu exhibenda, deín vt vomant iubendum. Multis eorum sanè, qui stomacho laborant, cum è lecto surrexerint, caput dolere consueuit, ijs statim assumpto cibo dolor leuiari solet. Quòd si quando præ nimio capitis dolore, repente aliqui obmutescant, idq; causa non satis cognita: horum caput aqua tepida liberalius infusa foueri conuenit, auriburq; oleum infundi, & lanam inseri.

Ad capitis dolorem ex Vini potu.

Q2 vinum natura calidius capitis faciat dolorem, opplens ipsum facile vaporibus, iterdum autem & succis: quòd etiam citra vini potum vapores id genus petant facile nonnunquam ipsum caput, dolorem inducentes, præsertim ijs, quibus cerebrum contingit temperaturę calidioris, omnibus manifestum existimo. Proinde curationis intentio in his est, vaporum vacuatio ac discussio, qui quoniam natura calidi sunt, caput ipsum distendentes, egent refrigerantibus: hinc illinendum capiti rosaceum actu admodum frigidum. Conueniunt etiam talibus somnus ac quies, & sub vesperam balneum, cibus boni succi, cui tamen calefaciendi natura non sit, cuius generis sunt, ptisanæ succus, oua sorbilia non addito garo, panis aqua maceratus, lactuca, vt quę refrigeret, & brassica, vt cui sit vapores desiccandi natura: vtendum ad hæc aquę potu. Cæterum ijs, quorum os ventriculi aquæ potu subuertitur, dabimus aut malum punicum, aut coctum seu pomum seu pirum, quæ coquẽda sunt ratione hac. Infusa in ollam aqua feruida, suspensisq; in ipsa olla fructibus eiusmodi autumnalibus, tantisper sub hac ignem succendemus, donec fructus illi percoquantur, solo ab aqua illa feruente sublato vapore. Quinetiam vuæ passæ corroborandi ventriculi habent facultatem: At palmulis in totum abstinendum, vtpote natura sua inducẽtibus capitis dolorem. Quòd si post hæc, sic affecti nondum probe dormiant, in crastinum ducendi rursus in balneum sunt, aquaq; calida frequenter perfundendi, deinde interiecto aliquantulo tempore denuo lauandi, ac tandem cibandi, eodem, quo nobis paulo ante dictum est, modo. Cæterum si quando post omnia hæc, relinquatur adhuc pristini nonnihil seu vaporis seu succi, exilioribus capitis meatibus impacti, atque ita perduret adhuc veteris doloris vestigium: rosaceo abstinentes, fouebimus ipsum caput chamæmelino moderate calido, deinde irino, quod maxime quadrat id genus affectibus. Cæterum omnibus his vino est abstinendum.

De dolore capitis ex ictu, & casu ab alto.

Quandoquidem ex ictu & casu ab alto, obueniunt capitis dolores, existimaui non inutile, saltem paucis, de his etiam agere. Admouendus igitur his per spongiam aut lanam molliorem, vapor aquæ calidæ: iniungenda post hæc quies, cibi subtractio, inferioris ventris vacuatio. Fugienda autem sunt, sol, balneum, vini potus, clamor atque vociferatio, omnes prẽterea cibi acres, acidi, ac salsi.

A ac salsi. Cæterum illud cuiuis manifestum existimo, variandas inueniendorũ auxiliorum intentiones pro causarum affectus inducentium varietate ac natura.

Ad capitis dolorem ex contusione siue collisione.

Vsu venit non raro, vt ipsum caput contundatur, interim sine vulnere, interim cum vulnere, ita vt ob hoc complicentur curationis intentiones. Porrò contusioni propria sunt remedia. Græcis παρηγορικὰ, Latinis vero mitigatoria dicta, cuius generis sunt, aquæ calidæ super caput effusio, & fotus capitis hapso lanæ ex oleo. Quòd siqua adsit capitis fractura, quæ occasione hac conglutinari prohibeatur, huic deterſæ prius spongia ex vino sideritin herbam tritam alligabis. Aliud. Resinam fictam cataplasmatis modo impositam vulneri alligato. Aliud. Aloen tritam ac melli mistam imponito. Aliud. Vlmi virentia folia concisa, deinde contrita, applicato: quin vlmi etiam cortex pro vinculo vulneri circumuolutus idem præstat.

De capitis dolore ex ebrietate ac solis æstu.

Quandoquidem Archigenes scripsit conferentia capitis dolori remedia dicta Græcis περίαπτα, {Latinis vero amuleta, sic appellata, quòd de collo suspenduntur, aut alicui corporis parti alliganturꝫ haud existimaui absurdum, adscribere paulo ante dictis & hæc. Capitis arcentia dolorem,
B tam ex ebrietate, quàm solis æstu. Polygonij, id est sanguinalis herbæ, duos cõnectens ramulos capiti coronæ in modum imponito. {Aliud.} Polygonio læuigato ex lactis crema caput sub vesperam inungito, ac superponito leporis pellem, sicq; in crastinum sinito, tũ enim hanc detrahẽs, comperies finitũ dolorẽ.} Aliud. Cichorion, quod Romani Intybum dicunt, applicato dolẽti capiti Aliud. Sertum rosaceum, ex recentibus rosarum floribus confarcinatum inducito dolenti capiti. Aliud. Cinge caput serto ex callitricho, quam alij adianton, alij trichomanes vocant. Aliud. Scripsit Archigenes summopere conferre capitis dolori verbenacam, quam quidam sacram herbam vocant, tam serti modo impositam, quàm ex aceto & rosaceo inunctam. Testudinis lacustris, quam Amyda quidam appellant, sanguinem instillato capitis sincipiti.

Ad capillorum defluuium. CAP. 2.

Ladanon conspersum vino odorato adstringentiq;, contere, adfundẽs & myrteum, vt sordium consequantur crassitiem, capitiq; inunge. Aliud. Nuces virides, sed iam submaturescentes, confractæ numero centum, olei sextaria duo, aluminis liquidi libræ tres, conijciuntur in nouum vas testaceum præsaturatum aqua, ne combibat concreditum sibi humorem, quod postea accuratissime oblitum reponitur in domum liberi patentisq; aeris, diebus quadraginta, demum auferC tur, atque in vsum conseruatur sic præparatum oleum. Aliud. Ladanon, absinthium, † & iuniperi baccæ † conteruntur, linteoq; illigata conijciuntur in oleum, maceranturq; diebus quinque, quod postea fuerit vsui. Idem possunt nigræ myrti, aut gallæ partes duæ, ex oleo: quin hoc ipsum medetur etiam capitis furfuribus. Aliud. Ladanon detritum ex † vino dulci quoad sordium habeat spissitudinem, infricatur. Aliud. Anemones florem læuigatum ex oleo, illine. Idem hoc reddit etiam capillitium nigrum. Aliud. Verbenacam rectam, vna cum radicibus desiccatam, deinde exacte admodum læuigatam cum tantillo misceto oleo, quantulo opus sit, vt luti consequatur crassitiem, sinitoq; deinde ad tempus simul putrefieri, demum vtitor.

† æquis portionibus
† decem
* adiãti partes æquales
† oleo &

Ad capitis furfures, quam πιτυρίασιν dicunt Græci. CAP. 3.

Præfricatũ caput illinitur betæ succo, fœnograeci farina, & nitro, oĩbus æqua portione contritis.

Ad capitis pediculos. CAP. 4.

† & nitri ana

Herbæ pedicularis partes duæ, sandarachæ † pars vna, ex aceto ac oleo capiti infricãtur. Aliud. Alumine scisili ex oleo vtitor.

De manantibus capitis Vlceribus, quas ἀχῶρας dicunt Græci, & fauis. CAP. 5.

Ἀχῶρες, id est manantia vlcera, cutis capitis vitium sunt, ab ipso sic dictæ affectu, quòd cutem te-
D nuissimis foraminibus perforent, ex quibus glutinosa effluit sanies. Huic vitio affine est, quem κύριον dicunt Græci, (nos fauum) in quo foramina sunt, quàm in illis maiora, melleum continẽtia humorem. Est autem vtrique vitio initium ex humore superfluo. Porrò incipiunt cum pruritu, demum extuberascunt. Curatio est, si quidem graue ac magnum fuerit vitium, corporis totius vacuatio, catapotijs ex scammonia, aloe, & colocynthide: hæc enim æquali pondere contrita excipiuntur brassicæ succo, ac conformantur in catapotia eruí magnitudine. Quorum maxima vice vnica offerenda quantitas, sunt catapotia decem & septem numero, cæteræ autem variant pro viribus eorum, quibus sumuntur. Sin mitius ac minus fuerit vitium hoc, satis fuerit topica, id est localia, tantum dicta remedia applicuisse, è quorum albo est cimolia ex acerrimo aceto illita. Aliud. Creta ex acerrimo aceto similiter inungitur. Idem possunt samia terra, & pompholyx. Aliud. Illinitur similiter lithargyrus cum charta vsta ex aceto. At achores ac faui, quibus adiuncta est vlceratio dolorosa, præfouendi diebus singulis sunt aqua calida, in qua decocta sit, aut myrtus, aut rubus, aut morus, aut asparagi radix, demum inungendi. Aliud. Salicis foliis ex aqua, aut lente ex melle, aut decocta asparagi radice deline caput, aut betæ succo cum fœnograeci farina. Appositа præter hæc remedia his, sunt pini cortex cum cera, vel cadmia ex oleo, aut lithargyrus, aut cerussa. Proderit etiam abstergere in balneo cimolia ex betæ succo. Cæterum il-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

lud neminem latere velim, in mollis carnis corporibus, vt mulieribus, remedia hæc non ex aceto, E
sed vino illinenda.

De alopecia, & ophiasi, id est areis. CAP. 6.

Geminum accidit pilis capitis vitium, alterum defectu, alterum mutatione ipsorum in colorem contrarium siue diuersum: defectu, vt in caluitie: mutatione coloris, vt in alopecia & ophiasi, id est areis, vitijs pilorum cum primis indecoris. Euenit autem pilis hoc vitij genus, eadem ferè qua stirpibus ratione, quæ corrumpuntur intereuntq3, interim penuria nutrientis ipsas succi, interim immutatione huius in alienum ac contrarium. Porrò tam alopecia quàm ophiasis vt sunt ex æquo affectus præter naturam, ita similiter eandem habent tum ortus, tum curationis rationem, ob solam tantum figuram ac formam, diuersas sortitæ appellationes, siquidem in ophiasi persimilis serpenti species in capite apparet: at alopeciam ferunt dictam, quòd ἀλώπηξ, id est vulpes, vitio eo frequenter laboret: quod aliud est nihil, quàm pilorum denudatio, qua locus affectus apparet colore prorsus exangui. At nos cur hoc aut illo modo appellatum quidpiam sit, curiosius non inquirimus, pro comperto habentes, idq3 physica siue naturali quadam ratiocinatione adducti, horum omnium causam esse, vitiosos succos. Proinde tempus iam est, vt ad ipsorum transgrediamur curationem, quæ & ipsa varia est, pro nimirum affectus, seu vitij diuersitate, quam tibi F
cutis color monstrabit, qui in alijs confestim albidior est, in alijs pallidior, in alijs vero nigrior. Esse porrò omnia hæc vitiosi succi germina, neminem fugit. In quibus igitur cutis in capite color apparet albidior, à corrupta pituita vitium esse indicat, quod curatur medicamentis pituitam educentibus, necnon apophlegmatismis, hoc est medicamentis quibus per os pituita purgatur. In quibus autem color apparet pallidior, vtendum medicamentis quæ bilem pallidam vacuant: sicuti ijs quæ nigram, vbi color apparuerit nigrior. Necessum enim totum prius corpus purgari, quàm loco affecto topica, id est localia, dicta remedia applicentur, ne his irritato affectu, plus etiam adfluat ad membrum læsum vitiosi succi: cuius rei cum præpurgato toto corpore nullum sit periculum, tum demum localibus remedijs vtendum. Sunt porrò ἀποπλεγματικὰ, id est, pituitam per os educentia medicamenta, pyrethron, & vua taminea, quorum alterum per se, aut etiam vtrunque simul cum masticbe masticatur, & sal glebosus cum pulegio, aut sinapi contritum, ex oxymelite & diutius ore contentum ac gargarissatum. Cæterum purgantium medicamentorum quodque peculiarem sibi humorem trahit, educitq3: aliud quidem pituitam, aliud vero bilem, hoc flauam, illud nigram. Sed longum nimis esset quodque horum singulatim recensere, nec adeo ad rem, cum alterius sit instituti. At in communi quidem, alopeciæ & ophiasi hæc ferè conue- G
niunt. Initio catapotia siue pilulæ ex aloe, quæ constant ex medullæ colocynthidos parte vna, aloes ac scammoniæ partibus duabus, succi absinthij parte vna, excipiuntur autem omnia hæc succo pomorum. Quantitas horum exhibetur pro sumentis ea corporis viribus. Deinde paucis, vtpote septem forte interiectis diebus vtendum hiera διὰ κολοκυνθίδων, sic dicta, quòd colocynthidos sit particeps. Porrò ratio hæc curandi non raro vel sola satis est, vbi nimirum vitia hæc sunt etiamnum noua, ac tantum non recentia: inueterata enim difficilioris sunt curationis, egentq3 remedijs localibus. Cum igitur (vt modo dictum) fuerit iam corpus totum, quàm fieri potest, mundum, subductis superfluis vitiosis succis purganti medicamento, tum confidenter admouebis loco affecto topica, id est localia remedia, quæ omnia in genere calida sunt, & diaphoretica, qua facultate vitiosos succos tum vacuant, tum discutiunt: è quorum albo est thapsiæ succus, cum ceroto inunctus. Aliud. Euphorbium detritum, & ex oleo illitum, sulfur ignem non expertum, & nitrum alexandrinum ex aceto infricata. Aliud. Laurinum illitum, nasturtij semen ex oleo. Aliud. Erucæ semen tritum, pinguedineq3 agnina exceptum illinitor. Aliud. Alcyonium asperum illud tostum ac læuigatum, ex aceto aut cedrino liquore inducitur. Aliud. Calami radix vsta, aut cortex vstus ex oleo cedrino, aut pice liquida delinitur. H
Aliud. Murium stercus contritum ex aceto inungitur. Aliud. Integras amygdalas vstas imbue acri aceto. Aliud. Erinacei terrestris pellis vnà cum ipsius capite tosta, & in puluerem tusa, ex melle inungitur. Aliud. Cepam vetustam affecto loco, sed præfricato panno lineo donec rubescat, frequenter infrica. Aliud. Raphani corticem contritum ex melle illinito. Aliud. Læuigatam ferri squamam ex oleo & aceto inducito, infricans donec locus rubescat. Aliud. Ordeum tostum, & muscerda, id est murium fimum, æquali pondere ex aceto illinuntur. Cæterum cum dictorum medicamentorum sit hoc quidem vehementer, illud vero minus calidum, silentio neutiquam prætereundum, calidiori vtendum, tum in durioris carnis corporibus, tum vitijs hisce vetustioribus: sicuti contra minus calido, cum in recentibus id genus vitijs, tum etiam puerorum ac mulierum, similibusq3 alijs tenerioris carnis corporibus. Esto autem commune præceptum hoc in omnibus eius generis remedijs. Huic adde præfricandam partem affectam panno lineo, neque ruditer adeo, vt non excorietur, neque contra leniter adeo, vt non mediocriter saltem rubescat ante prædictorum remediorum applicationem. Est postremo affectus locus frequenter radendus: qui si quando vsu veniat vt dictorum medicaminum impositione vlceretur, illinendus aut porcino adipe, aut rosaceo.

* Al. anserino

A *De aurium vitijs, & primo de doloribus.* CAP. 7.

Oboriuntur aurium dolores interim à frigore, atque fiũt hi ferè à frigidis aut ventis aut balneo: interim ab aqua medica, quæ auri incidit: interim ab inflammatione, quæ consistit modo extrinsecus, vtpote in foraminis seu meatus adiutorij cute, modo parte huius ima, inflammata ea, atque ita distendente etiam particulas proximas. Est cum spiritus flatulentus auri inclusus, non reperiens egressum, huiuscemodi excitet dolorem. Quin efficit non raro idem sanies auribus quauis occasione innata. Cæterum dolores ad frigus relatos, discutiunt celerrime calefacientia. Cuius generis sunt, instillatum auribus oleum, in quo incocta sit cepa. Aliud. Piper curiose admodũ detritum ex oleo. Aliud. Nardinum calidum auri infusum. Aliud. Oleum in quo decocta est ruta.

Ad aurium nocumenta ex aqua.

Oleum calidum frequentius instillato, quod molli deinde lana exuccato, rursusq3 aliud inguttato. Aliud. Oui aquato, modo eodem quo in oculorum inflammationibus vti ipso consueuimus, præparato, aut lacte muliebri tepido vtitor. Aliud. Confert adeps tum anserinus, tum vulpinus, tum gallinaceus.

Ad aurium inflammationes.

B Nardus cum medicamine basilico immissa iuuat. Quòd si immensus, intolerabilisq3 sit dolor, castorio ex lacte muliebri, aut aquato oui tepido vtitor. Aliud. Parua opij portio cum sapa. Cæterum cauendum hic ne præter rationem & temere adiutorio meatui faces las negocium, qui suauiter tantum detergendus siccandusq3 est, specillo molli lana circumuoluto. Fouenda porrò auris
* spongijs mollibus ex aqua, in qua decocta sit althea, quam quidam à magnitudine vocant δενδρομαλάχην, id est arboreſcentem maluam, aut furfuribus tenuioribus, macrioribusq3. Quòd si flatulentum fuerit, quod in aure includitur, & obstructio verius, quàm dolor hanc obsideat, aphronitro ex aceto vtitor, aut succo dracontij herbæ, aut centaurij, aut polij.

Ad igneum in auribus feruorem.

Ardorem igneum in auditorio meatu perceptum, cui non sit adiũctus pulsatilis dolor, solet initio iuuare acetum cum rosaceo.

Ad aurium Vlcera.

Glaucium ex aceto contritũ instillato. Quòd si plurima ab his defluat humiditas citra dolorem, scoriam ferri ex aceto acerrimo curiose detritam multos dies in sole immittito.

Ad grauem auditum auriumq3 sonitus seu sibilos.

C Ad aurium sonitum repente obortum, nardinum ex aceto instillato. Aliud. Cyminum tantil
lo misceto oleo, quoad mellis habeat crassitudinem, ac infundito. At sibilos morbi cuiuspiam reliquias, curamus fotu auris ex absinthij decocto, cui post hæc acetum ac rosaceum inguttantur: aut
† niger cũ aceto coctus. raphani succus cum rosaceo, aut helleborus † cum aceto. Quinimmo solum acetum, sed acre, instillatur tepidum, aut solum mel, aut aqua mulsa, aut mistum oleo acetum, quod ὀξέλαιον dicunt Græci. Aliud. Porri succum cum lacte muliebri, aut rosaceo immittito. Aliud. Oleum amygdalarum amararum in cepa decoctum inguttato tepidum. Aliud. Cepam, allium, & adipem anserinum æqua portione simul terito, deinde colatum adipem infundito. Aliud. Lentis decoctum addito melle immittito. Aliud. Vinum dulce in quo decocta sit myrtus, in aurem mittito: vel succum ex oliuæ foliis expressum, melli incoquito, ac postea vtitor. Aliud. Idem potest ceparum succus cum melle. Aliud. Nasturtium tritum rosaceo dissolue ac vtitor, vel intestina terræ ichori incoque & instilla.

Ad grauem auditum.

Subduc initio ventrem catapotijs ex colocynthide: Vtere dein apophlegmatismo, id est medi-
D camento pituitam per os educente, ex pyrethro & mastiche. Ipsi autem auri extrinsecus admoueto fomentum per calamum ex absinthij decocto: cui deinde instillato acetum album, & aquam æquali mensura, in quibus feruefactum fuerit nitrum. Aliud. Vtitor similiter decocto, aut foliorum, aut baccarum lauri.

{In aurem infundi apta.}

Porri succum irino vnguento mistum infundito. Aliud. Fel seu taurinum seu caprinum roſa
ceo mistum instillato. Aliud. Corticis raphani succum ex rosaceo immittito.

Ad vermes aurium.

Auribus verminosis infundito ex bubulis carnibus inter assandum defluentem liquorem: aut aristolochiam tritam vt emplastrum ipsis admouero. Idem potest immissus ipsis succus tam nepetæ quàm rubi. Eodem modo & succum absinthij instilla.

De parotidibus, id est abscessibus iuxta aures.

Quæ ex morbis proueniunt, parotides, ab alijs ratione alia obortis inflammationibus differunt: proinde dissimilem etiam postulant curationem. Quæ enim à sola destillatione, seu defluxu materiæ proueniunt, neque multa existente, quæ influit materia, neq3 venenosa, nec toto denique corpore plethorico, sola spongia ex posca imposita sistuntur. Contra in parotidibus, {quæ morbi corpore plethorico, sola spongia ex posca imposita sistuntur. Contra in parotidibus, } quæ medicamentis vtimur quibus in cutem attrahendi est facultas, aut etiam bi alterius sunt soboles,

impoſita cucurbitula. Tantum enim abeſt reprimamus influentem hic ſuccum, vt contra ē profun E
do in ſummam cutem euocandi ſit ſtudium nobis: niſi forte vehemens fuerit ac copioſus humo-
ris influxus, ſic enim nihil opus iuuemus naturæ conatum: quandoquidem ſitum aut cucurbitu-
lam quis admouerit, aut attractorium medicamentum, quo ex alto in cutem pertrahat materiam,
grauem excitabit dolorem, quí & vires ægrotātis proſternet, & ſomnum ac quietem turbabit. Pro-
inde mitigatorijs eſt hic remedijs opus, non autem ijs, quæ humoris fluxum iuuent etiam. Ca-
taplaſmata autem παρηγορικὰ, id eſt mitigatoria, ſunt Panis oleo maceratus ac impoſitus. Aliud.
Triticea farina ex oleo appoſita. Aliud. Hordeacea farina cum axungia admota. Aliud. Hyo
ſcyamus herba, cum butyro in modum emplaſtri applicata. Quòd ſi abſcellus ad ſuppurationem
deuenerit, aut cute diſciſſa pus excernendum, deinde vlcus ipſum communi vlcerum ratione cu-
randum, aut tentandum poſsit ne pus diſcuti, diſiiciq3, idq3 remedijs ſimul attrahendi ſimul exte-
nuandi facultatem habentibus, quæ bis ſunt diebus ſingulis renouanda. Fouendus porrò locus
affectus donec ſedetur dolor, quo iam mitigato, locum habebunt, quibus eſt diſcutiendi facultas,
è quorum numero ſunt, plantago detrita cum ſale, vtq3 emplaſtrum impoſita: rumicis radix in vi-
no decocta, ſulfur ignem non expertum, & cimolia ex aceto: fici in muria decoctæ ac tritæ, marru-
bium cum ſale. Applicatur etiam commode ſal tritum cum butyro, ſuccidaq3 lana exceptum, ma- F
xime parotidum initio, multo autem magis in teneræ carnis corporibus. Induratis enim paroti-
dibus, omniq3 iam dolore carentibus, ſtercus caprillum ex aceto vtiliter imponitur. Cæterum ſi
quando breui tempore volemus pus mouere, fouebimus parotidas aſsidue calida, & farina hor-
deacea oblinemus.

Ad narium vitia, & primo adozænam ac polypum. CAP. 9.

In curandis narium vitijs, & potiſsimum ozæna, ac polypo, exiccandum initio roborandumq3
eſt ipſum caput, impoſito emplaſtro διὰ τριῶν, ſic dicto, quòd ſalicem contineat: aut anemonitæ, aut
barbaro, aut de limacibus, cuius hæc eſt confectio: Myrrhæ uncia, thuris tantundem, limaciæ inte
græ †, duo ouorum aquata. Omnia hæc contuſa in pila miſceantur: deinde linteo excepta capiti
admoueantur, quod continuis fiat diebus nouem: atque tum demum localibus hiſce vtendum in
naribus remedijs, nempe ſucco nepetæ, naribus infuſo, ac ipſamet nepeta ſiccata. & trita demum
naribus per arundinem inſpirata. Aliud. Ranunculi herbæ ſuccus cum melle ſupine iacentis
naribus inijcitur, vtq3 ipſum ægrotus attrahat præcipitur. Aliud. Mali punici ſuccum æreo va
ſe tantiſper decoquito, donec craſſeſcat, demum naribus infricato. Aliud. Gallas ac myrrham
æqua portione conterito, naribusq3 inſpirato, G

* Al. triens,

† Deeſt hic li-
maciarū nume
rus,

De polypo.

Atramenti ſutorij vnciæ quatuor, miſti vncia vna, redacta in puluerem, naribus per calamum
inſpirantur. Simili modo inſufflatur puluis toſtæ radicis bryoniæ. Aliud. Atramentum ſuto-
rium & ſandaracha æquo pondere teruntur, naribusq3 inſpirantur. Aliud. Cornu ceruinum
vſtum & ſandarachen naribus inflato. Aliud. Plumbum vſtum ex vino inungito. Aliud. Aci-
di mali punici ſuccū coquito in vaſe æreo donec mellis habeat conſiſtentiā, deinde illinito. Aliud.
Auripigmentum læuigatum ſtylo applicator. Aliud. Auripigmentum & calcem aqua non re-
ſtinctam æqua portione trita applicato.

Ad ſanguinis è naribus fluxum.

Principio concretum in naribus ſanguinem ſpecillo, cui lana ex aqua madens addita ſit, abſter-
ge: dehinc lycium aqua diſſolutum, penicilloq3 ex intorto panno lineo exceptum, naribus inſere.
Aliud. Linamentum tortile igni accenſum, ſuccoq3 aut polygonij aut porri extinctum naribus
inſerito. Aliud. Acetum accerrimum coquito, in quo maceratam ſpongiam naribus immittito,
quam vt facilius poſsis, cum voles, extrahere, præſtat lineo filo deligatam imponi naribus. Fron-
tem præterea ſpongijs ex aqua frigida foueto, ſitq3 ægrotus capite eleuato erectoq3, iubeto. Ma- H
nus & pedes vinculis conſtringito, necnon aures valide obturato. Aliud. Gypſo, aut luto figuli-
no frontem illinito. Aliud. Cucurbitulam magnam applicato: hepati quidem, profluente e de-
xtra nare ſanguine: lieni vero, à ſiniſtra: ſin ex vtraq3 nare effluat, vtrique viſceri.

De vitijs oculorum. CAP. 10.

Omnia ſanè corporis membra exactiſsimis in curando præſcriptionibus egent, ſi re vera ad ſani
tatem reduci debeant. Verum oculi quo præſtantiorem habent præ ceteris vſum, dignitateq3 præ
cellunt, hoc debent exactius conſiderari ab eo: quiſquis inoffenſe curabit crebros in ipſis affectus,
variſs differentibusq3 de cauſis euenientes ac augeſcentes. De quibus exactius verboſiusq3 age-
re, alterius eſt commentarij opus: præſens tamen eatenus de ijs agit, quatenus id patitur ipſius
compendium. Affectus igitur oculis accidentes ortum habent, interim ab æſtu & calore, interim
à frigore, cum particulæ ſenſu quodam ſubſtupido. His accedit, fieri modo cum inflammatione,
modo ſine hac. Eſt etiam cum ortum habent ab humorum defluxu ſeu deſtillatione, & cum ſine
his. Nonnunquam ad hæc cum partis affectæ grauedine & dolore, nonnunquam abſque his. Cæ-
terum leues ſed calidas oculorum perturbationes ſatis ſuperq3 reprimit fotus oculorum ex ſola
poſca, ſicuti frigidas fomentum per ſpongiam ex vino albo diluto: at validas vehementesq3, vt

quas

A quas magna grauisq3 comitatur inflammatio, ſiquidem ſanguinis in fronte vaſa, præ plenitudine
diſtenta fuerint ita, vt vltro ſe proferat conſpiciendam ſanguinis plenitudo, curat facta mox ab ini
tio venæ ſectio, niſi quid prohibeat hanc fieri: ſicuti eas quæ ab alijs cauſis fiunt, atq3 infarctu conci
tantur, ventris per medicamenta vacuatio, quibus factis vtendum τοῖς ἐγχυτοῖς, quòd in oculos
inſtillentur, ſic dictis medicamentis: vt fœnograeci decocto eum in vſum pulchre præparato: quod
optime hac fit ratione. Principio lotum diligenter in aqua dulci fœnogræcum, leuiter in eadem
coquitur, donec quicquid habet in ſe acre abijciat. deinde alij rurſus aquæ incoquitur effuſa prio-
re. Vtile etiam in vſum eundem eſt oui candidum ac tenue, oculis frequenter inſtillatum: quin-
etiam lac muliebre, quod neceſſum & boni ſit ſucci, & ex ipſis mulieris mamis in oculum immul-
geatur. Mitigandus porrò ſedandusq3 oculi dolor impoſitis emplaſtris ad inflammationes con-
ſcriptis, necnon ex oui exiguo luteo, ſertula campana ſeu meliloto, pane, & roſaceo. Quin vten-
dum etiam collyrijs hunc in vſum conſcriptis præparatisq3, quæ longa quadam experientia, lon-
goq3 vſu omnibus fere ſunt nunc cognita, alijs alio vti conſuetis, ſi tamen eorum adſit copia. Sunt
autem ea ex oui candido leniter & indoloroſe adhibenda. Innatans porrò oculis lippitudo, deter-
genda eſt ſpongia ex aqua calida: victus ratio ſit tenuiſsima. Quòd ſi vehemens fuerit capitis gra-
B uitas, auferenda erit, ac occipitio cucurbitula adfigenda conciſa priùs cute ſcalpello, copioſusq3 in-
de ſanguis detrahendus. Quòd ſi ſublatis ſurſum vaporibus caput impleatur, ac pituita obſtruat
omnes ipſius meatus, ſternutatorijs mitioribus, apophlegmatiſmisq3 vtentes purgabimus ipſum
caput, humorūq3 infarctum diſiiciemus: ſternutatorijs quidem ex pipere quod tritum naribus at-
trahant, iubebimus: apophlegmatiſmis vero ex ſinapi accuratiſsime læuigato, additis aceto tenuis
ſubſtantiæ & quantitatis mediocris, melle, & aqua, ea portione vt fluidiora omnia & ore faciliter
contineantur & gargariſſentur. facta enim hunc in modum per nares {ac palatum} vacuatione li
beratiori, infarctus, obſtructionesq3 omnes capitis diſcutientur. Porrò quòd modo curandæ lippi-
tudinis, verum etiam cuiuſuis fere alterius ægritudinis, primus præcipuusq3 curandi ſcopus conſi-
ſtat in exacta victus ratione, neminem fugere exiſtimo. Cæterū lippitudinibus æſtiuis medemur
aridarum roſarum decocto, quod oculorum palpebris per ſpongiam aſsidue admouetur.

Addiuturnas lippitudines.

Speciſli mucronem allio tantiſper inſertum, donec huius tingatur ſucco, oculis inducimus.
Aliud. Triticum ignitis ferreis laminis incoctum ex vino illinimus palpebris. Aliud. Atramen
to ſutorio ex melle inungimus, & frontem, & palpebras.

C *Ex Archigenis de pharmacorum compoſitione commentarijs*
præcepta, ad humorum in oculos defluxum.

Deſtillationi humorum in oculos, maxime ab ipſo protinus exordio conducunt parcitas tum
cibi tum potus: aquæ potus: ac præ omnibus, abſoluta à coitu continentia. ventris inferioris laxi
tas, frigidæ multa potatio, frontis aſsidua irroratio ex aqua, cui ſit adiectum aceti pauxillum. Qui-
dam ex aqua id faciunt, in qua præmaceratum fuerit calcanthum. Fugiant omnes acres odores,
puluerem, fumum, ſplendorem tam lampadis quàm ſolis. Imponatur fronti per noctem lana, aut
munda ex vino, aut ſordida ex aqua frigida: mane abluantur. Quòd ſi deſtillatio ingraueſcat acce-
datq3 dolor, conueniunt venæ ſectio, & omnimoda abſtinentia tum cibi tum potus, niſi forte &
ægroti vires proſternantur & protrahatur morbus. Sit venter continue fluidus, aut medicamen-
to ad hoc appoſito, aut validioribus clyſteribus. Poſt hæc iuuant viridia vitis folia, in modum cata-
plaſmatis fronti aſsidue inhærentia: aut folia ſeu myrti ſeu lentiſci. Similiter ſuccus tum rubi, tum
braſsicæ. Idem præſtant vitis folia cum tenui polenta, vel ſampſychi, vel ſedi, vel portulacæ, vel
cotoneorum. Cuiuſque enim horum tenera folia, cum vino & tenui polenta inſtar cataplaſmatis
fronti vtiliter applicantur. Ipſis autem oculis foris lana munda ex oui aquato, necnon coctum oui
D luteum cum vino & tenui polenta, vt emplaſtrum aut fronti, aut ipſis oculis admouetur. Iuuant
præterea tum eryngij radix trita ex aqua, tum cicutæ ſemen eodem applicatum modo: necnō mol
* Al. coagula- lis ac nuper ſalitus caſeus, cum apij foliis. Panis præterea ex vino aut roſaceo mirum in modum
tus confert. In ſumma, quæcunque adſtringendi reprimendiq3 vim habent, vtilia ſunt initio, vt ſunt
cicuta, pſyllium, apium, ſolanum, & paludibus innatantes lentes, ſerpyllum, ſampſychon, folia vi-
tis, coriandrum, portulaca, lens aquis innatans. Horum vnumquodque ex vino tritum emplaſtri
modo apponatur, pſyllium ac lentes paludibus innatantes ex aqua.

Ad calidam deſtillationem.

Braſsica & polenta trita, ex aqua inſtar cataplaſmatis imponuntur. Eodem applicantur modo,
contrita folia tum ocimi, tum ſampſychi. Multam impetuoſamq3 deſtillationem cohibent papaue
rum capita: herba apollinaris, quam hyoſcyamum dicunt, cum tenui polenta ex vino. Meminе-
ris tamen non niſi foto priùs loco, cataplaſmata applicanda. Quòd ſi protuberent palpebræ diſten
danturq3, linteum butyro madens oculis imponitur. Porrò graui difficiliq3 oculorum chymoſi (di
cta eſt autem chymoſis rubra carnoſaq3 corneæ oculi pelliculæ inflammatio) medentur præ-
† Al. muſcarū ſentiſsime, accuratius detritæ mūrium carnes, cum crudo oui luteo, ad ceræ conſiſtentiam, & ex
panno lineo impoſitæ.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Linimentum pro oculis.

Panis purus tostus,additis acacia & satiuæ punicæ flore(cytinon dicunt)ex aqua illinitur.

Ad oculorum dolores.

Rosas aut aridas aut virides in† {aqua dulci} p̄maceratas ac lęuigatas addito candidi oui luteo, †emplastri modo ipone,aut ordeaceā farinā coctā silr in† {aqua dulci.} Q; si grauior molestiorq; fuerit dolor,hyoscyami folia,aut carnē seu peponis seu cucumeris† {cum ouo cocto, aut huius luteo,& pauco vino,} vt cataplasma applicato.Pulchre his medetur pini cortex & polenta ex vino.

Ad vehementes oculorum dolores.

Coriandri succum cum lacte muliebri oculorum angulis guttatim instillato:aut platani folia trita cum tenui polenta,in modum emplastri oculis extrinsecus imposito.

Ad destillationem in oculos cataplasmata.

Conducit ad hāc viridis tum cupressus tum sabina herba ex vino,& folia tum paliuri tum portulacæ,detrita cum pinguedine anserina,& croco:necnon iris sicca ex melle,& apij folia cum polenta.Porrò grauí impetuosoq; defluxui confert viridis pulegij semen: † quàm hoc autem magis adhuc,cera cum aceto ad malagmatis crasitiem redacta,capitisq; syncipiti admota, cui superdato lanam,suauiterq; illigato:aut imposito ipsis oculis in modum emplastri rosas,melilotum,& amylum simul cocta,aut amylum ex vino† albo.

Anacollemata,id est restringentia fluxum.

Limacem cum testa tusam,toti fronti & temporibus illinito.

Ad hæmalopas & hyposphagmata.

Incipientibus oculorum sanguinolentis suffusionibus ab ictu percussuue,confert ab ipso confestim initio,ne inflammatio ac dolor comitentur,instillatus sanguis columbinus, præsertim alis expressus teneroribus:cōfert & oui aquatum eodem modo immissum, aut lana pura exceptum, & foris admotum.Plurimum ad idem faciunt oui luteum assum ex vino impositum, & trita rosarum tum folia,tum flores,per se,aut cum vino,cum tenui polenta,vt emplastrum appositа.

Ad oculorum molles ex ictu tumores, dictos œdemata.

Plurimum ad hoc facit fomentum ex posca molli spongia frequenter adhibitum, deinde spongia noua ex eadem posca oculo imposita.

Ad oculorum psorophthalmiam,i.pruriginosam scabiem à sole & puluere ortam.

Iuuat hęc aqua liberalius infusa,æstate frigida,hyeme calida:nec minus fotus spongia factus ex lentis decocto.Immittere etiam guttatim ipsis oculorum angulis succum aut rubi aut rosarum, quencp singulatim ex aqua:aut applicare rosas aridas tritas ex vino. Porrò illinuntur dormituri oleo†:abstinendum his in totum ab omnibus tam acribus,quàm acidis.

Ad inueteratos palpebrarum affectus præcipue callum.

Coctam amurcam,& ex oleo tritam inunge.

Ad caluas,pilisq; carentes palpebras summopere hoc conducit,faciens renasci pilos.

Muscerda,id est fimum murium & caprinum æquali mensura torrefacta† ex melle illinuntur. Facit hoc etiam ad vitiligines.

Ad pilos palpebris innatos oculum infestantes.

Euulsis radicitus pilis,cimicis sanguine confricato locum,& nunc̄p renascentur.Idem potest illitus pediculi canini sanguis.Idem præstat,euulsis prius radicitus pilis,fel aut hyænæ fœminæ,aut hirci,inunctum confestim à pilorum euulsione.

Ad oculorum λευκώματα,id est albugines.

Celeriter his medetur nitrum exacte contritum & ex oleo veteri inunctum.Idem præstant illitus lacertæ fimus,& nyctícoracis ouum, his enim tinguntur oculi.

Ad visus obscuritatem.

Omnem oculorum obscuritatem,incipientemq; suffusionem curat fel vulturis, cum marrubij succo,& melle attico:cuius si nulla sit copia,tenero ac molli vtere: esto autem tum succi marrubij, tum mellis dupla ad ipsum fel portio.Idem possunt fel taurinum liquidum cum æquali pondere succi fœniculi,& duplo mellis,& fel vrsinum cum aquæ duplo.

Ad pterygion,id est oculi vnguem.

Populi nigræ liquorem cum dupla mellis portione mistum illine.

Ad nyctilopa,id est nocturnam oculorum cæcitatem.

Iecur hircinum assa,interq; assandū defluentem saniē,siue sanioſum humorem collectū oculis infrica,ipsumq; iecur edendū præbe.Iuuat etiam colūbæ sanguis instillatus,& fel capræ,aut capręiecur decoquens,p̄cipue vt habētes caput pannis circūuolutum,teneant intētos in ollam oculos, suscipiantq; vaporem:vel expressum ex recenti onide,id est stercore asinino, succum oculis illine.

Ad oculorum tubercula,quæ crithæ.i.hordea appellantur.

Cera alba foueto,aut muscæ reliquū corpus,præciso abiectoq; capite,tuberculo ipsi infricato.

Ad sugillata.

Raphanus,quam radiculam dicunt,trita & imposita,iuuat confestim, quam vbi erodere incepit

† Aſ.passo
† Aſ. ac croci quātū sufficit,
* Aſ. passo
† Aſ. aut oui albi sati luteū cum pauco croco ęquigatum vino modico,

† Cum oxymele cocta.

† Cum oxymelite donec tumor reprimat,

† Cod. imprefi hoc in locoleguntvt interpres vertit. f. μάλιγμα κυρου σὺν ὄξει. &c. Alij μάλιγμα χυλὸν σὺνὸξει &c. præsertim succum cum aceto ad malagmatis crasitie redactum, &c. Alij μάλιγμα κιρρὸν σὺν ὄξει &c. i.præsertim fuluum seu gilluum cum aceto ad malagmatis &c.

† Addit in ant. aut oui

† veteri

† calami græci duplum.

Aperit,auser.Iuuat similiter impositus caseus recēs salsus.Porrò cerotum cum absinthio,vel raphani succo impositum summopere confert ad recentia & liuida sugillata.Item spongia ex muria assidue admota.Præter hæc frequens fotus ex calida plurimum iuuat liuida sugillata.Cæterum quibus sanguinolēta sunt,aut subflaua,aut subpallida,muria vitanda est,imponēdumq; emplastrum ex rūbo,aut absinthio,aut hyssopo,aut origano,aut raphani cortice,aut vua passa absque acinis. Horum.n.quodcp singulatim imponitur,aut ex melle,aut aceto,aut incocta aqua. Necnō bulbus candidus cum ouo ac melle,aut cyclaminum cum vua passa:at vetustis iam & denigratis sinapi cū duplo adipis ouilli,vel fabacea farina cum melle mista,aut mansa & cum saliua inuncta: aut cymínum veteri linteo illigatū intinge feruenti aquę,oculosq; hoc foue:aut hordeaceam farinā† {cum cocta aqua mulsa} applicato:aut tritum fœniculi semen cum ceroto.

* Aſ. ἐγχυμῶ λείω

Ad sugillata cum molli tumore.

Spongiam ex aceto impone,& emplastro vtere ex farina hordeacea,cocta† cum aqua mulsa,ad iustam crasitudinem:post hæc apponito coctam lentem & cum melle tritam.

Ad recentia sugillata.

Imponitur trita ex aqua cicuta,aut detrita vitis albæ radix ex mulso.

De vitijs faciei,& primo de varis. CAP. II.

B Nascitur in faciei cute tumor exiguus durusq;,dictus Græcis ἰόνθος, Latinis varus. Differt autem à ficosis tumoribus in mento prouenientibus,non solum cp ex crasso humore consistat,† verumetiā cp participet tenui quadam sanie,rōne cuius facile vlceratur non recte atcp ex arte curatus.

† Ficosus tumor,

Ad varos in facie.

Acetum acerrimum cum melle equali mensura mistum varis accuratius illine,digito infricans. Aliud. Ex amygdalis amaris aceto dissolutis ac curiosius tritis,conformato pastillos, atcp in vmbra desiccato.Vbi autem vsus postulabit,dilutum ex his aliquē aceto varis inducito, & simulatq; aruerit,nunc sapone abstergito.Facit hoc ad tumidos affectus, faciei pruritus, & principium elephantiasis.

Ad ficosas in mento excrescentias.

Salem fossilem ex aceto,aut glutinum fabrile cum milto, id est rubrica illine.

Ad menti impetigines.

Acceptum magna copia triticum incudi impone, cui deinde applicato candentem laminam æream,quicp effluit humorem etiamnum calentem affectui infrica.

Ad diuturnas impetigines.

C Trita capparis folia ex aceto acerrimo cum tantundem mellis imponito. Aliud. Idem potest contritus ex aceto radicis rumicis cortex. Aliud. Chamæleontis radicem in aceto decoctam, ac læuigatam superdato. Aliud. Detritam rumicis radicem,& hordeaceam farinam ex acerrimo aceto applicato.

Ad scabras impetigines.

Tritis amygdalis amaris frequenter ipsas inungito.

Ad genarum exanthemata siue papulas.

Ferrum candens paliuri ligno imposito,acceptumq; qui ex hoc defluit humorem, illinito. Aliud. Contritas myrti baccas ex vino inungito.

Ad dentium vitia,& primo ad dolorem. CAP. 12.

Abluito dolentes dentes calido gallarum ex aceto decocto:aut tedæ pinguis talearum, aut alterci tum seminis tum corticis,aut cedreæ,id est cedrini liquoris,vel propoleos,vel solani,vel capparis,vel allij,vel myrti ramulorum in aceto decoctorum:aut calidæ vini fæcis, aut polij corticis, aut etiam ipsiusmet herbæ,aut marrubij.Horum inquam quodcp cum aceto iuuat.Idem præstant D platani pilulæ,& rosæ aridæ,decoctæ in vino albo,ad tertias vscp, quo dentes frequenter colluantur.Idem efficit tum eupatorij radix cocta in vino,tum pulegium:aut decoquito ceruinum cornu in oxycrato,sæpeq; eo os abluito:aut scillę interiora in minutas secato particulas, additoq; aceti sextario,in vas aliquod conijcito libram vnam,sinitoq; hæc in fimo asinino defossa macerari diebus triginta,eluitoq; eo dentes.Eiusdem est effectus lac asininum,quod motos dentes confirmat etiam:aut tithymalli radicem in oxymelite ad medias vscp incoquito, aut etiam hyoscyami,lauatoq; decocto eo dentes.Item lacte mori commisto probe cum vino,deinde tepefacto collue dentes. Aliud. Lauantur item dentes vtiliter decocto allij,seminis erucæ, & nitri.

De fomentis ad dentium dolores.

Extrinsecus ad dentium dolorem conueniunt fomenta ex fricto sale: vel milio in marsupium coniecto:aut etiam ex sordidis panniculis admodum calētibus. At intrinsecus huiusce modi sunt fomenta vtilia.Aridi origani ramulum in feruens oleum demissum, superne affecto denti applicato:vel ricini fructicis coliculum simul cum cera imposito dolenti denti:aut tange hunc frequenter specilli mucrone,vehementissime calente.Cæterum illius in vniuersum meminerimus necessum,vtendum fomentis id genus omnibus,tam ijs inquam quæ extrinsecus, quàm quæ intrinsecus adhibentur ante cibum,aut longo post assumptum cibum tempore.

Apophlegmatismi

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Apophlegmatiſmi pro dentium dolore.

Optimi apophlegmatiſmi vtiliſſimiq; dentium doloribus ſunt, herba pedicularis maſticata, aut ſingulatim, aut cum pulegio: vel quod in galla nigrum interius eſt affecto dente commordeto, ſiniq; hians interim effluere pituitam: aut quinque allij nucleos cum nigræ myrti pauculis foliis in aceto ad dimidias decoquito tædæ rudæ aſsiduo commiſcens, ac eluito eo dentes, oreq; contineto, poſt hæc hiato, donec pituitæ ſatis profluat, demum roſaceo os abluito.

In nares inijci idoneum, pro dentium dolore.

Solum radicis betæ ſuccum naribus immittito, & dentium leuabis dolorem.

Ad dentes denigratos.

Prærigatum melle foſſilem ſalem, torreto ſuper igne, ex ſarmentis vitis, teritoq;, deinde adiecta paucula myrrha dentibus infricato.

Ad colluendos dentes.

Vino odorato incoctam aridam iridem habente dentes colluito.

Ad colluendum gingiuas.

Lauato gingiuas aceto, in quo coctum ſit hyoſcyamus.

Dentes à dolore præſeruantia.

Lauato dentes bis menſibus ſingulis vino in quo ad medias decocta ſit tithymali radix, & nunquam dolebunt. Subſcripta dentifricia maximopere conducunt ad dentium à dolore præſeruationem, & ad confirmandum tam dentes, quàm gingiuas, conciliandumq; dentium candorem.

Lanam ſuccidam linteolo alligatam torreto, adiecta deinde tertia ſalis portione, terito omnia ſimul, & perfricato hoc puluere dentes. Idem præſtat puluis vſti contritiq; capitis leporis. Aliud. Contritum ex melle ſalem, ad ceræ craſsitiem, linteoq; mundo illigatum vrito, quo deinde addita iridos portiuncula perfricato dentes.

† *Ad oris grauedolentiam.* † Ad gingiuarũ affectiones.

Hordeũ melle & vino præmaceratũ illigatur chartæ, teritursq;, quo deinde confricãtur gingiuę.

Ad motos dentes, vt confirmentur.

Teritur ex oleo atramentum ſutorium, quod lana exceptum dentium applicatur radicibus: vel vlmi cortex in vino decoquitur, decoctumq; hoc ore continetur, confirmat enim dentes.

Ad dentium eroſionem.

Folia capparis in aceto acerrimo ad dimidias coquito, ac tepido eo lauato dẽtes. Idem poteſt coctus ſimiliter capparis cortex: hoc idem dentium medetur dolori. Aliud expertum. Nigellam præfrictam, deinde tritam ex acerrimo aceto, dentis eroſioni vt emplaſtrum imponito, ſic enim in poſterum plus non erodetur, ſed perdurabit vt eſt eroſio.

Ad omnes tam oris, quàm columellæ, ac faucium inflammationes, cæteroſq; affectus, ſeu vlcera ea ſint, ſeu cruſta, ſeu putredo. CAP. 13.

Commune in omnibus hiſce præceptum, reprimendum, repellendumq; mox ab initio omnem è capite defluxionem. Cæterum ab elapſo iam morbi initio, ad ipſius finem vſque vtendum ſimul reprimentibus ſimul reſoluentibus. Reprimendi igitur facultatem habet medicamentum διὰ μόρων, ſic dictum, quòd ex moris conficitur. Eiuſdemq; ſunt facultatis vuæ immaturæ ſuccus, cum pauxillo melle & florum roſarum, aut ipſarummet roſarum ſiccarum: ſicuti et pini corticis ex aqua decoctum. At vbi iam morbi principium præterierit, quando adhuc à capite deflueret, alia digerendi ratione eſſet opus: proinde adijciẽdum cuiuis prædictorum aphronitrum, aut ipſum nitrum beronicarion dictum: vel incoquendum in ſapa pulegium, aut ſatureia, aut thymus, aut nepeta. Poterit porrò quiuis copioſo repente influente ſucco paratam habere ſimilium medicamentorum copiam, ſeu venator erret per agros, ſeu opus ruſticum in agro faciat, ſeu etiam viator iter ſuum, enumeratorum medicamentorum indigus, ſi meminerit dictis affectibus rubi ſuccum, ac dictorum etiam quemuis, immo omnia ferè quibus adſtringendi facultas eſt, oris affectibus eſſe accommodata: electiſsimum tamen ad ipſos medicamentum fit ex ſucco corticum nucum viridium cocto, cum pauco melle. Vtile ſimiliter ad eoſdem, decoctum cotoneorum, adiecto mellis pauxillo: ſed quod ex viridibus nucibus fit medicamentum, multo eſt vtiliſsimum, ad vehementes tonſillarum inflammationes, & ſuffocationes. Aliud. Accipe dulcis mali punici tuſi cum ſuo cortice expreſſum colatumq; ſuccum, cuius ſex partibus addito vnam mellis, demum coquito ad mellis ſpiſſitudinem ac vtitor. Aliud. Muſti ſextarium decoquito ad tertias, adiectis rhu curiarij vnciis quatuor, demum reponito in vſum. Aliud. Tuſas gallas numero trigínta, decoque in mellis ſextario, quo vtere.

Optimum medicamentum ſtomaticum.

Florum roſarum vncias duas, πτυϊδίων, id eſt fructus pini vnciam vnam, tere ex melle, ac vtere.

Ad inflammationes tonſillarum ac columellæ, & oris putredines.

Succi mororum, aut rubi, & roſarum aridarum, ſingulorum vncia vna, coquuntur parum cum melle, quod his illinitur. Aliud. Cotoneorum acerborum ſuccum cum æquali mellis portione coctum

A coctum illine. Aliud. Acerbum malum punicum cum ſuo cortice tuſum incoquito paſſo, quo colato vtitor. Aliud. Immitto in ſapam pulegium, aut thymum, aut origanum, aut hyſſopum, aut nepetam, ac ſimul coquito ſufficienter, deinde colatum hoc teneatur in ore.

Ad oris putredines ac cruſtas.

Album canis ſimum inũgito ex melle: ſit autem eius canis ſimum qui ſolis veſcitur oſsibus: aut aquam rhu ſutorij cum melle ad ſordium craſsitudinem decoctam: aut etiam vſtarum hirũdinum cinerem ex melle illinito.

Ad columellæ inflammationem & relaxationem.

Palmularum ex aqua decoctum, adiecto pauxillo melle, gargariſſatur, oreq; continetur. Ad idem faciunt decoctum roſarum, & clauiculorum vitis, rubi, ſentis caninæ, pomorum acerborum, ſorborum, denique immaturorum, rhoi, quo in cibis vtimur, & rhoi coriarij, & fructus myricæ. Horum enim quodcq; ſingulatim, aut cuiuis ex prædictis adiunctum, & ex aqua decoctum, gargariſſatur: aut ex his ſiccatum quodpiam in puluerem conteritur, & columellæ apponitur, quæ ſenſim ac leniter ſurſum ducitur. ſolet autem is cochleario iniectus, columellæ apponi: quinetiam cuiuſuis prædictorum, tam plantarum, quàm fructuum ſuccus, cum pauculo melle vuæ illitus iuB uat. Aliud. Ad vuulæ inflammationes conferunt ſales triti & ex melle inuncti. Aliud. Palmularum oſſa ac nuces, teneræ, virides, aridæq; pari portione vruntur, inq; puluerem comminuuntur, quo columella tangitur. Aliud. Roſas ſiccas in tenuiſsimum pollinem leuigatas ex melle inducito.

Ad aphthas, quæ oris ſunt vlcera.

Portulacam melle madentem maſticato: aut foliorum oliuæ ex vino decoctum gargariſſato.

Ad aphthas nigras depaſcentes.

Deterſas prius, orobea farina ac gallarum ex melle illinito, aut lycij decoctum gargariſſato, aut fæce dulcis vini ex melle perfricato, aut tamaricis fructum cum melle tritum infricato.

Ad depaſcentes aphthas.

Gallarum decocto cum mellis æquali menſura miſto feruefactoq; vtitor.

Ad aphthas albas.

Pluma oleum in quo chalcitin præcoxeris illine, & confeſtim curabuntur: aut deterſo nũc mundatoq; loco affecto, tritum tamaricis fructum ex melicrato, aut vino pluma ſimiliter inducito, & cito ſanabuntur.

Ad aphthas nigras.

C Vuam paſſam ſine acinis & aniſum tere, locoq; affecto ex melle infrica: aut pruni folia conciſa, aſinino lacte miſceto, colluitoq; ex eo os. Idem poſſunt marrubij ſuccus, & lentis ac rubi decoctum, necnon tritum cornu ceruinum locoq; infricatum.

Ad aphthas infantium.

Lentem cum pauco pane & cotoneorum ſucco miſtam exhibe, & roſarum florem, quin ipſas etiam roſas aridas: vtitor autem oris collutione ex rebus mediocriter adſtringentibus. Cæterum oleum aphthis ipſis aduerſiſsimum eſt, necnon omnia vehemẽter acria: illud quidem ꝙ humectat ſordidatq;, hæc vero ꝙ ſua mordicatione noceant.

Ad vitia inſtrumentorum voci reſpirationiq; deſeruientium, & primo ad vocalis arteriæ aſperitatem. CAP. 14.

Dulcis radicis, quam glycyrhizan dicunt, vnciæ tres minutim admodum conterantur, deinde addita gummi tragachanthæ vncia vna: excipiantur omnia paſſo, conformenturq; ad fabæ magnitudinem pilulæ, ex quibus contineat vnam ſub lingua dormiturus.

Ad interciſam vocem.

D Ficus & eryngion aſſatim coque, huicq; decocto adde gummi pauxillum, ita vt quàm mellis, craſsior ſit ipſorum conſiſtentia, & ſub noctem exhibeto. Aliud. Braſsicæ ſuccum cum melle decoctum lambat. Conducit hoc idem ad tuſsim. Aliud. Lini ſemen toſtum, ac per cribrum excretũ, vuas paſſas bene pingues ſine acinis, purgatos pineæ nucis nucleos ac frixos, nuces ponticas ſiue auellanas præpurgatas, omnia hæc in pari portione trita excipe melle crudo, datur cochlearij menſura.

† Hanc cõpoſitionẽ integram inuenies lib. 7. de cõpoſi. med. ſecundum locos fol. 182. b

Eclegma tuſsi accommodatum.

† πτυϊδίων, id eſt nucleorum, pineorum vncias duodecim, carnem duorum dactylorum, terito ſimul exactius, melleq; crudo excipito.

Ad tuſsim ſiccam.

Irídis ex aqua decoctum, cui mellis pauxillum adiectum ſit, da frequenter ſorbendum.

Ad ſanguinis reiectionem, expuitionemue.

† vide lib. 7. de compo. medic. ſecũdum loca. fol. 184. c

Roſarum aridarum vnciæ octo, gummi tragacanthæ hexagia tria teruntur, & in paſtillos drachmæ pondere ex aqua conformantur, propinantur ex aqua. Aliud. † In cucumeris domeſtici ventrem infundito aquæ ſextarium, coquitoq; ad tertias, demum expreſſum ex his cremorem in ſorbitione dato. Aliud. Rubricæ ſynopicæ vncias duas, terræ ſamiæ vncias duodecim,

amyli

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

amyli vncias tres, coge sanguinalis herbæ succo, propinato trium obolorum quantitatem. Aliud. E
Fricti seminis lini vnciæ octo, gummi tragacanthæ vnciæ duodecim, prædicto modo commode excipiuntur. Aliud. Polygonij siue sanguisugalis herbæ radices aqua incoquito ad tertias, additoq; tristo pauculo gummi, offerto in sorbitionem.

Ad tabidos & thoracis vitia.

Ireos decoctum cum melle ad potandum dato, aut ad sorbendum hyssopi decoctum cum melle, aut coctum marrubij herbæ succum cum melle, aut eruum ruffescens, frixum primo, deinde tritum cum viginti partibus mellis, da in eclegmate: aut amygdalas amaras leuigatas cum melle exhibeto. Aliud. Seminis apij vnciæ sex, piperis nigri vncia vna, mellis libra vna, datur cochlearij mensura. Aliud. Mistum cum melle, lentoq; igne decoctum butyrum offerto. Aliud. Apij & piperis cuiusque vncia vna trita, cum mellis libra vna, sensim decoquitur, propinaturq;. Aliud. Scillæ crudæ expressum succum cum mellis æqua portione, carbonibus superpositum coquito, ac dato ex hoc mystri quantitatem ante cibum & post cibum. Aliud. Abrotonon, pingues passulas sine acinis, rutæ germina in aqua decoquito, percolatoq; decocto huic mel adijce, rursusq; decoque, ac vtere.

De stomachi & ventriculi affectibus. CAP. 15. F

Inflammationes tam oris ventriculi, quàm hepatis, adstringentium medicaminum indigent admistione. Etenim si in curandis his vtatur quis solis relaxantibus, vitæ adducet discrimen, idq; omnibus empiricis vocatis medicis experientia edoctis, & in artis exercitatione obseruantibus, non pauci vero eorum, qui se methodicos nominant, curandi hac ratione innumeros sustulerunt è medio, oborta syncopa stomachali: sicuti nō paucos etiam hepatis vitio affectos, solis vsi relaxantibus, quibus hepar plerisque dissoluitur: cuiusmodi nihil eueniet, si eorum, quibus est adstringendi facultas, aliquid his semper adijciatur, seu oleo affectum locum foueas, seu admoto cataplasmate cures. Sunt porrò ex adstringentium numero, absinthium, vnguentum nardinum, aloe, cotoneorum tam decoctum quàm oleum: nec minus ceratum ex aloe, masticbe, cera, & nardo. cuius fuerit hæc confectio. Accipitur ceræ vncia vna, masticbes vnciæ quatuor, aloes vnciæ duæ, & nardi quantitas conueniens. Quòd si vehemens adeo fuerit ventriculi imbecillitas, vt ne alimentum quidem cōtineat, adijciantur his succi vuæ immaturæ † {vnciæ duæ.} Porrò si succi absinthij fuerit facultas, addatur & huius ūncia vna, aut labruscæ flos, aut succus rhu. † drachma vna. * drachma.

De calida ventriculi intemperie.

In calida ventriculi intemperie medicamentum hoc per os commode exhibetur, quod constat masticbes vncijs duabus, mentæ vncia vna, coactis succo plantaginis. huius medicamenti fabę exhibetur magnitudo ex aqua. Quòd si contra ventriculus frigida afficiatur intemperie, dicto medicamini adijcito castorei vnciam vnam exhibetoq; similiter. Cognoscetur autem calida ventriculi intemperies, partim ex bilioso vomitu, partim ex sensu mordicationis biliosæ, in ore vētriculi perceptæ, partim q̄ hoc ipsum admotæ manui calidum appareat. G

Ad ventriculum iusto frigidiorem.

Ad ventriculum refrigeratum, quiq; ob pituitæ in ipso hærentis crassitudinem opus habet simul calfactione, simul humorum incisione, per quam aptum est medicamen hoc, quod cōstat corticis radicis fœniculi vncijs sex, aceti libra vna, mellis libra vna. Decoquūtur primum radices cum aceto, ac coctæ nunc exprimuntur, abijciunturq;: demum adfuso melle incoquuntur: rursus simul omnia ad mediocrem crassitiem. Propinantur autem huius cochlearia tria ex aqua.

Ad eos quibus in ventriculo cibus acescit.

Quibus assumptus cibus in ventriculo acescit, medicamentum hoc accommodatum est, quod constat piperis vncia vna, seminis anethi vncia vna, seminis cymini vncijs quatuor: omnibus diligenter tritis, propinatur ex eis cochlearium ex aqua vino mista. H

Ad ventriculi subuersiones.

Ad subuersiones ventriculi idoneum est hoc medicamentum, quod constat ex succi mali punici acidi, cum suis acinis expressi, partibus tribus, succi mentæ parte vna: decoquuntur hæc in vase fictili, assidue miscendo: cumq; iam crassescunt, sublata reponūtur in vsum. Datur ex medicamento hoc postulante necessitate, ante cibum omnem mystrum vnum, aut etiam duo.

Ad dysentericos, & cibum vomitu reijcientes.

Radicis arboris cotoneæ libram vnam, decoque in vini myrtei sextarijs tribus ad tertias vsque, expresso deinde cremori adde mellis libram dimidiam, coquitoq; rursus assidue miscendo, tādem reponito in vsum: datur huius ante omnem cibum mystron.

Ad ventriculi subuersionem, cœliacos, & dysentericos.

Mala cotonea quatuor numero, integra mala punica decem numero, sorba octo, in aquæ sextarijs tribus accurate decoquito, cumq; omnia flaccescere iam cœperint, exprimito, demum abiectis crassis fructuum partibus cremorem eum iterato coque ad tertias vsq;, postremo additis generosi mellis libris quatuor, rursum coquito impositum carbonibus, continuo miscendo ad conuenientem consistentiam, sicq; in vsum reponito, vtitoq; vt medicamento præcedenti.

Immodicam

A *Immodicam ex nimio ardore sitim extinguentia catapotia.*

Seminis cucumeris domestici vnciæ octo, seminis portulacæ vnciæ octo, tragacāthæ vnciæ quatuor, dissolue tragacantham recentium crudorum ouorum aquatis, dissolutamq; adfundito cæteris: probe tritis, conformatoq; ex omnibus mistis catapotia, quæ in vmbra deliccentur, teneaturq; ex ipsis vnum sub lingua, solutusq; saliua humor paulatim deglutiatur.

Ad ventriculi subuersionem, & feruidos halitus.

Aneſi, apij, cuiusque vnciæ duæ, cymini vncia vna: propinato ex his bene læuigatis, ieiuno quidem cochlearium ex aqua, sub somnum autem aliquando ex vino. Aliud. Bibatur tribus continuis diebus absinthij dilutum.

Ad ventriculi refrigerationem & singultum.

Piperis vnciæ tres, castorei vncia vna mediocris cochlearij quantitas ex aqua ieiuno datur. At si ex calidis succis in ipsa ventriculi concoctione corruptis singultus ortum habeat, quod ex ventriculi ardore, mordicationeq; cognosces, aqua tepida epota, iube affatim vomant, & cessabit confestim singultus. Porrò sternutamentum in tempore factum, sedat singultum, sicuti etiam acetum in sorbitione acceptum.

B *Ad æstuantem ventriculum.*

Quibus ventriculus præ nimio ardore exoluitur, aut animi sequitur defectus, si quidem sine febre hoc vsu veniat, dato in potu frigidæ cyathos tres, aut quatuor, idq; per temporis interualla. Quòd si his malum mitescat, cibo est reficiendus æger: sin vero perduret, astrictis coniunctisq; ex
* tremis, & præbeto sorbendam assidue aquam, in qua maduerint cotonea, pira ue, aut mespila, aut baccæ iuniperi, aut pampini vitis, aut rosarum, vel succum mali punici, aut vuæ acerbæ. Vel dato, quem bibat, tritum mentæ ramulum, aut labruscæ florem, & sinito quiescat.

Ad nimiam ex ventriculo saliuam.

Nimia diffluentes saliua masticent siccam conyzam. Porrò extrinsecus imponantur vētriculo, contrita vitis viridia folia, aut cotonea, aut viridis portulaca, aut etiam cucurbitæ ramentum.

Ad dolorem ventriculi.

Ventriculi ex inquietudine aut anxietate dolores sedat ac mitigat potum lac muliebre, aut vaccinum, aut asininum, cui incocti sint lapilli, & rosarum decoctum. Quinetiam assum ouí luteum cum polenta potum.

Ad vomitum bilis nigræ.

† Al. in distentionibus C Ad nigræ bilis vomitum ventriculiq; inflationem, & potissimum †{inter manducandum} imponitur vtiliter ventriculo spongia ex aceto quam acerrimo calido. Aut hederæ folia vino decocta, vt cataplasma ipsi applicantur. Porrò cibus sit boni succi, cuius generis sunt, oua, alica, & iuscula, vtpote auicularum, extremarum porci partium, phasiani, iuuenis perdicis, aliorumq; omnium his similium.

Ad ventriculi inflationem.

Ad inflatum distentumq; ventriculum iuuat polij fasciculus foris impositus, necnon potum eiusdem decoctum. Idem præstant nepetæ decoctum addito mellis momento, & piper drachmæ pondere.

Doloris stomachi mitigatorium.

Stomachi dolorem sedat cuminum assum, & apij pauxillum potui ex aqua datum: item abrotani ac thymi vtriusque obolos duos potui dato.

Ad eos qui grandem famem dictam βούλιμον facile incurrunt in via.

βούλιμον dictam famem incurrentes, seu in itinere, seu modo alio, refocillamus, reficimus'ue, porrigentes olfactandum acetum, aut pulegium, aut terram aceto madentem, aut poma, aut pira, aut
D his similes fructus alios, quorum pro tempore fuerit facultas: aut etiam panem ex vino eos assumere cogentes.

Ad singultientes.

Singultientibus da rutam, cum vino in sorbitionem: aut nitrum ex melicrato, vel apium, vel castoreum, vel abrotonon, vel aristolochiam, vel cyminum, vel anisum, vel calamintbē, {quam nos nepetam dicimus.}

Ad hepatis vitia, & primo ad obstructionem. CAP. 16.

Amygdalarum amararum vnciæ tres, cymini, seminis apij, cuiusque vncia vna, datur cochlearium ex vino. Aliud. Baccarum iuniperi vnciæ tres, seminis brassicæ vncia vna, seminis erucæ vnciæ duæ, excipiuntur melle crudo, daturq; cochlearium vnum. Aliud. Succi cichorij cyathum cum aquæ calidæ cyathis duobus, & mellis cochlearijs duobus exhibeto. Aliud. Succi anethi cyathus cum tribus cyathis aquæ mulsæ calidæ. Porrò dictorum omnium quodq; seorsum, aridum, tusum, aut cibo inspergitur, aut coctum bibitur. Aliud. Chamæpityos decoctum cum pauxillo melle bibitur. Aliud. Chamæpityos vncias octo, radicis cichorij vncias quatuor contunde & excipe melle cocto: datur huius auellanæ magnitudo ex aqua calida.

Pastillus

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Pastillus hepaticus, id est ad iecur, inscriptus.

Anisi, seminis apij, asari, amygdalarum amararum præmundatarum, absinthij, cuiusque vncia vna, conformantur ex aqua in pastillos drachmæ vnius pondere, exhibeto febrientibus ex hydromelite, non febrientibus ex vino misto. Aliud. Erigerontis eundem in vsum bibitur decoctum. Aliud. Aristolochiæ drachma dimidia trita offertur, febrientibus ex aqua, sicuti ex vino non febrientibus. Aliud. Trifolij herbæ ad tertias decoctum dato potu.

Ad affectos morbo regio.

Morbo regio affectum lauato in balneo aquæ potabilis, totumq; corpus oleo confricato anethino. Quòd si febre vacet, in colocynthidos corio calefactum vinum propinato. Aliud. Lanariæ tritæ cochlearium ex aqua dato, aut ex mulso liberis à febre. Aliud. Cichorij succi cyathos tres propinato, febrientibus quidem, nullo admisto alio, non febrientibus vero, ex mulso misto. Aliud. Ciceris dicti κριὸν, id est arietini, & fœniculi coctorum cremorem exhibeto, febre carentibus cum vino misto. Aliud. Tenerrima folia tam nasturtij, quam rorismarini terito, expressoq; ex his succo, vtitor, ex mulso, si febre careant. Aliud. Elaterion cum lacte muliebri maceratum naribus infundito, & iubeto sursum attrahi. Aliud. Cyclamini succo aqua misto, vt modo dictũ, vtitor. Aliud. Editur eundem in vsum sentis caninæ rubeus fructus. Aliud. Chelidonij herbæ succum cum vino & aqua mulsa porrigito non febricitantibus. Aliud. Hyperici drachmam vnam propinato ex aqua mulsa. Porrò ieiunis dato in cibum amygdalas amaras.

Ad lienosos. CAP. 17.

Datur his in potu decoctum chamædryos, vel chamæpityos, vel polij, vel rubiæ: idq; aut per se, aut cum oxymelite non febricitantibus. Aliud. Candidæ hederæ corymbi numero tres, dantur deuorandi, & superbibendum acetum mulsum. Aliud. Radicis capparis ex oxymelite decoctum non febricitantibus datur. Aliud. Tamaricis fructum tritum & per incerniculum excretum duorum cochleariorum quantitate, dato ex oxymelite. Aliud. Ferrum ignitũ aqua restinguito, quam da in potu cum vino, si nulla adsit febris.

Epithema splenicum, id est lieni aptum.

Fœnograeci vnciæ quatuor, hordeaceæ farinæ vnciæ tres, seminis nasturtij vnciæ tres, caricas acerrimo primum aceto maceratas contundito fortiter in pila: deinde adijciens cætera, vnito omnia simul, ac vtitor. Aliud. Moly herbam etiamnum virentem cum suo semine in ollam conij cito, in qua diligenter obturata coquito plurimum lento igni, coctamq; nunc & in pila tritam imponito lieni ante tres dies non soluturus.

Ad hydropicos, id est aqua inter cutem affectos. CAP. 18.

Fœnograeci vncia vna, hordeaceæ farinæ vnciæ tres, stercoris columbini vnciæ quatuor, frixæ resinæ, picis, cuiusq; libra vna, axungiæ veteris libræ duæ: liquato quæ liquari ex his possunt: demum addito cætera ex aceto trita, ac vtitor. Aliud. Fimi caprilli sicci libras duas coctas in oxyrato, vt malagma imponito.

Ad colicos. CAP. 19.

Anethum & cyminum in tribus olei vncijs coquito, & simul exhibeto. Aliud. Rutam coctam similiter in dicta olei mensura, adiecto resinæ terebinthinæ cochlearío, præbeto.

Ad eos qui refrigerati sunt.

Anethino vtere, cui additum sit triti castorei cochlearium.

Ad inflammationes.

Anethino vtitor, cui admista sint casei non saliti duo cochlearia. Aliud. Additur similiter vel pinguedo anserina, vel ceruí medulla.

Ad dysentericos & cœliacos, & primo ad dysentericos. CAP. 20.

In dysentericorum curatione, illud præmeminisse fuerit perquam opportunum, videlicet optimum dysenteriæ remedium cibi esse paucitatem. Necessum ad hæc sunt ea, quæ dysentericis in cibo dantur, quam licet leuia, ab omni aliena grauitate, & concoctu facilia. Porrò decoctum malorum punicorum integrorum, nec minus cotoneorum commode his tum ad sorbendum propinatur, tum per clysterem inijcitur. Aliud. Plantaginem herbam cum oryza exacte decoctam da in cibo: quin huius ipsius succum adiecta pinguedine hircina commode subministrabis. Aliud. Myrti baccas vino incoquito, si quidem febre careant: sin aliter, aquæ, ac immittito. Aliud. Cochlearum integrarum vstarum vncia vna, cornu ceruí vsti vnciæ duæ, vniantur succo plantaginis, exhibeatur ex hoc fabæ magnitudine, febre carentibus cum vino, cum aqua vero febricitantibus.

Ad cœliacos & dysentericos.

Baccarum myrti siccarum contusarumq;, rosarum aridarum, cuiusq; vncia vna, baccarum iuniperi decem numero, pirorum aridorum tusorumq; tria & viginti numero, ceratiorum, quas dulces siliquas dicunt, contusorum vncia vna, corticis pini vnciæ quatuor, propinato excreti ex his puluisculi cochlearium ex vino. Porrò solidius illud crassiorumq; partiũ pinguibus palmulis coactum ventri imponito. Aliud. Potum leporis, tum hinnuli, tum etiam capreæ coagulum ex vino, necnon immissum cum oryze cremore iuuat.

Ad

Ad diuturnam dysenteriam.

Chartæ vstæ, calcis, cuiusque vnciam vnam vuæ immaturæ succo excipiens in pastillos conformato, ponderis diuersi, nempe modo vnius, modo duarum, modo etiam trium vnciarum, vt cuiq; ætati apta sit ad manum quãtitas. Porrò vbi vsus postulabit, vnum ex his vino austero dissolutum adiecto oryzæ cremore, per clysterem inijce. Aliud. Cocti anserini oui putamen minutissime tritum dimidiæ drachmæ quantitate ex vino propinato.

De sedis vitijs, & de applicandis sedi medicamentis, CAP. 21.

Sedi diuersa accidunt vitia, vt sunt rhagades, i. rimę, condylomata, alięq; inflammationes. Apta autem his sunt tenera, mollia, omniq; vacantia mordicatione, inuncta medicamenta.

Ad sedis ex ardore dolores.

Oui luteum ex vino albo tritum, & rosaceo cerato exceptum illine, emplastriq; modo vtere. Conueniunt autem his ἔπαλξις, id est mollia, teneraq; dicta pharmaca, & ἄδηκτα, id est mordicatione carentia, illita. Aliud. Recentem anseris adipem inungito, & emplastri in modum imponito. Vtile his etiam cataplasma ex pane mundo dissoluto coctoq; in aqua & rosaceo, quod fuerit efficacius, additis ouorum luteis aliquot coctis. Aliud. Fœnogræcum elixum tritumq; adiecto butyro vt cataplasma applicato. Aliud. Anserinum adipem inungito. Aliud. Rosarum vnciæ tres, coctorum ouorum lutea duo, trita ex vino albo, rosaceoq; cerato excepta, illinuntur.

Ad ani pruritus.

Terram vocatam cimoliam tritam cum vino, ceratoq; myrteo exceptam appone.

Ad procidentem anum.

† Recrementi plumbi vncia vna, rosarum siccarum vnciæ quatuor, accuratæ admodum trita, sicca insperguntur ano, eloto prius vino myrteo. † Aliud. Cyclamini succum & mel æqua portione decoque in vase æreo, donec cerati habeat crassitudinem, & inunge.

De renum & vesicæ vitijs. CAP. 22.

Potio ad renum & vesicæ affectus inflammationis participes, & exulcerationes.

Seminis lini vnciæ duæ, amyli vncia vna, propinato ex aqua cochlearium.

Ad vesicæ vlcerationem, & vrinæ difficultatem.

† Pinei nuclei, & amygdala, singulorum numero viginti, palmulæ quindecim, tragacanthæ vnciæ quatuor: datur ex his cum aqua.

Ad renum obstructionem.

Apij decoctum tribue in potu, febre carentibus ex cõdito, febrientibus ex aqua. Aliud. Decoctum cicerum, quæ à similitudine κρίαι. i. arietina appellantur, cum condito, detur in potu.

Ad calculosos.

Lini semen exacte tritum, datur ad bibendum cum condito. Aliud. Seminis cucumeris domestici frixi vnciæ sex, seminis maluæ vnciæ quinque, nucleorum pineorum frixorum vnciæ sex, seminis apij vnciæ octo, amygdalorum amarorum mundatorum vnciæ nouem, passo excipiuntur, cochlearij datur mensura, vt ante dictum est.

Ad coxendicum, pedum, & articulorum dolorem. CAP. 23.

Eiusdem inter se sunt generis omnes huiuscemodi morbi, proinde eandem fere postulant curationem, differentes solum efficientibus ipsos succis, quorum hi quidem calidi sunt, illi vero frigidi. Dignoscuntur autem, cp calidum succum comitentur rubedo, calor: & si adiuncta fuerit inflamatio, vehementes dolores: Contra frigidum, tumor albus, laxus, ac mollis. Porrò vtriusque curatio est, vt calido frigida, frigido vero calida discutientia q; applicentur. Et si quidem magna fuerit efficientis morbum succi abundantia, hic vacuante medicamento primo est educendus. Quòd si corporis adsit plethora, principio secanda est vena, deinde repellendus cohibẽdusq; influxus oxycrato, aut hoc etiam frigidioribus medicamentis alijs. At omnibus de his scriptum nobis abunde est, cum alijs in libris plurimis, tum maxime, mi Glauco, duobus illis de arte curatiua ad te missis. Proinde verbosius de his differendum non est, hoc præsertim commẽtariolo, qui de rebus acquisitu facilibus tantummodo instituitur nobis. Cæterum in coxendicum doloribus, reprimentibus medicaminibus nunquam est vtendum: cum enim in alto corpore sit iuncturæ huius situs, reprimentibus medicamentis succus à circũstantibus vasis musculisq; deferetur ad ipsam iuncturam, grauius etiam discruciaturus: quapropter mitigantibus tantum lenientibusq; est remedijs vtendum. Neque porrò vehementer aut calidis, aut frigidis medicamentis in coxendicum est dolore agendum, cp ab his irritetur verius quàm curetur humorum fluxio. † admodum enim calida attrahunt magis quàm vel discutiunt vel dissijciunt: è diuerso frigida congelant coarctantq; quodãmodo fluentes humores, discutiq; reddunt contumaces. Cæterum coxendicum dolore affectos vomitus, quàm alui deiectio iuuat magis, cp humorum ad iferiora defluxum retrahat. Prouocandus autem initio vomitus, est ab accepto cibo. Postea vero ad ciendum hunc, licet etiam vti bulbis vomitorijs, & raphano, idest radicula: exhibentur autem in aqua cocti bulbi, ex oxymelite: radicula vero concisa in tenues particulas, ediť similiter ex oxymelite. Deinde vbi nunc à sumptis his longum satis tempus p̃terierit, ad vomitum ducendi sunt: quo prouocato, deinceps longo interposito tempore,

† Vide li. ix. de cõpõne medic. sm locos.

† Vide ibidem cap. de hæmorrhoidibus, Extractorium hęmorrhoidũ magni Tarsensis.

† Vide lib. x. đ cõpõne med. sm medicamẽtum Andromachi ĩtegrã istius medicamẽti cpositionem.

† Ex impressis cod. ita posset verti. calor. n. multus ipsas attrahit magis q̃ discuti ,phibet. ex lib. aũt. x. de cp. med. sm locos hoc pacto. caliditate nimirum ipsam fluxionem magis attrahente, q̃ cp hibente.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

to tempore, lauandi sunt: deinde iterum tantisper est ipsis quiescendum, donec omnis oborta ex E
eo corporis turbatio conquieuerit: demum tenui sunt victu reficiendi.

Ad podagræ paroxysmum, id est, acerbationem.

Brassicæ foliis decoctis ac tritis addito aceti fæcem, lutea duorum ouorum crudorum, ac rosacei parum, quæ accuratius deinde mista in modum cataplasmatis tepida imponito, frequenter renouans. Aliud. Cataplasmati vulgari & vsitato ex caricis elixo adiecta hyoscyami folia incoquito, ac vtitor.

Ad feruidas inflammationes.

Lentem palustrem ex aceto & rosaceo imponito. Aliud. Vlmi foliis expressum succum, & coctum cum cerato illine.

Ad excedentes, & veluti immensos ardores.

Lactucæ folia exacte cum pane trita, applica, frequenter remutans. Aliud. Coriandrum viride tritum cum polenta vt emplastrum admoueto.

Ad laxas inflationes.

Salem ex oleo diligenter tritum succidaq; lana exceptum vt emplastrum impone.

LIGET commentarij huius initio de cholera dicto vitio, & mortiferis pharmacis, deq; ser F
pentibus qui ictu morsu'ue venenum relinquunt, & sanguinis etiam fluxu, sit nonnihil dictum nobis, non fuerit tamen à ratione alienum paucis adhuc de ijs agere, licet ad alium locum hæc pertineant.

Ad sanguinis è naribus fluxum. CAP. 24.

Triticeam farinam porri succo maceratam tortili linamento adfrica, perfluentiq; nari insereto. Aliud. Tortile linamentum aceto quamacerrimo madens ad lucernam comburito, & mananti nari insere. Aliud. Asinini simi, etiamnum calentis succum mistum cum æquali aceti portione, & tanta farinæ triticeæ, vt sordium habeant consistentiam, linamento adfricato, quod affectæ nari imponito. Iuuant ad hæc tam pedibus quàm manibus iniecta vincula, necnon refrigerare caput. Magnas præterea cucurbitulas præcordijs adfigere, iecoris quidem, profluente dextra nare sanguine, licuti sinistris siue lieni, affecta nare sinistra. Cæterum de sanguinis per os reiectione, dictum nobis antea est.

De fluxu sanguinis è vulnere. CAP. 25.

Sanguinis è vulnere effluxum curant myrrha & thus, trita, & ex oui aquato pro vulneris ra G
tione imposita. Aliud. Vstæ ranæ cinerem vulneri inspargito. Superponenda porrò his spongia ex oxycrato, & frequenter siccitatis ratione mutanda. Aliud. Recentem ac calidum adhuc simum asininum cataplasmatis modo superdato: & quòd si aridus fuerit, dissolue pauxillo aceto.

Ad choleram dictum affectum. CAP. 26.

Si sine febre, aliaq; vacuatione eueniat, da buccellam panis ex vino misto, daq; potu frigidam, et cucurbitulas magnas medio adfige ventri. Quòd si is, qui affligitur quadrato sit habitu, in frigidum inducito lauacrum, in quo diutius permaneat. Porrò cibus conuenit adstringentis facultatis, vt sunt ex autumnalibus fructibus poma tam cotonea quàm punica.

De pharmacis mortiferis. CAP. 27.

De letalibus medicamentis, neq; indistinctius hic agere tutum satis est, neque paruí laboris de omnibus singulatim, deq; sequentium ad hæc symptomatum siue accidentium curatione: ne interim referam adiunctam huic rei male faciendi occasionem, præsertim ijs, quibus male facere volupe est. Proinde ea hic tantum tradam, quæ in communi ferè creduntur conferre ijs, quos letalia eiusmodi medicamenta deuorasse contigerit. Principio igitur iubendum, vt hi tales confestim H
vomant, epoto prius hydrelæo, id est, mistis aqua & oleo, & plurimo & frequenter. Deinde varijs diuersisq; sunt cibandi ferculis, à quibus non ita multo post rursus vomant iubeto. Sic enim aut simul reijcietur mortiferum medicamentum, aut saltem infringetur ipsius virtus. Quòd si post hæc ventriculus videatur à vomitu velutí aduri, hydrorhodynon, id est, aquam rosaceo oleo mistam potui offerto, dehinc vomant rursus iubeto. Quod si vsus postulare videbitur, dabis theriacen ex vino, aut iuniperi baccas numero nouem, & rutæ trita viginti folia, aut herbæ chamæpityos. A somno in totum abstineat præcipito, extremarumq; partium vtitor frictione. Quòd si malum videbitur tibi altius in ventrem nunc descendisse, quod ex mordicatione irritationeq; inferioris ventris cognosces, instandum acrioribus clysteribus, cuius generis sunt qui ex melle copiosiori, & aphronitro constant, aut alio quouis cui irritandi ventris sit facultas. At strangulationi à deuoratis fungis medetur nardus, ex oxymelite pota. Idem potest gallinarum domesticarum simum, ex oxymelite. Cæterum suffocationi ex concreto in ventriculo lacte, auxiliatur potum cum vino coagulum.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIB. DE MEDICINIS FACILE PARABILIBVS, AD SOLONEM MEDICORVM PRINCIPEM,

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

CENSVRA.

Liber, cuiuscunq; is fuerit, non omnino inutilis.

GALENVS CLAVDIANO SOLONI ARCHIATRO S.

Ex tralatione veteri

C Via petiisti vt de facile acquisibilibus tibi scriberem, Solon dilectissime, gratum esse putaui, quæ mihi per experientiam cognita sunt, scribere, & tibi mittere, à capillis vsque ad pedes procedens, vt homo faciliter possit ipsa adipisci. incipiamus igitur primo à capillis.

De tinctturis capillorum. CAP. 1.

Vnctiones capillorum vt etiam cani fiant nigri. Scoriam ferri & plumbum coque in aceto vsque ad tertiam partem, & illine, interim tamen ne tange capillos oleo. Aliud. Radices capparis tere, & coque in lacte asinæ vsque ad tertiam partem, & vtere. hoc serua, quia prorsus nigrificat pilos capitis. Aliud. Testudinis marinæ fel dissolue cum oleo, & vnge capillos. Aliud. Racemulos in nucibus pendentes in oleo coque, bitumen liquidum adde, & vnge. Aliud. Plumbum cum oleo repone in vase plumbeo, & eo vnge capillos. Aliud. Melongiam terrestrem combure, & cum oleo leniens, vnge capillos, & dimitte per totam noctem. ℂ *De præseruatione à canitie.* Accipe colocynthidem, & perfora eam, & munda ipsam bene ab ijs quæ sunt intus, deinde imple eam oleo laurino, & adde semen hyoscyami non contritum, dimitte vna die, & vnge semel in anno. ℂ *Ad faciendum capillos albos.* Stercus hirundinis terens cum felle tauri, vnge. Aliud. Verbasci albi combure florem, & extingue aceto, & leniens vnge. ℂ *Ad faciendum capillos flauos.* Alumen coque in aqua, & cataplasma capillos duobus diebus, & post hoc laua cum aqua in qua est dissoluta fæx vini combusta. Aliud. Decocto lupinorum amarorum vnge capillos, vel ipsos lupinos amaros crudos terens, & permiscens cum aqua, vnge. Aliud. Fæcem vini permisce cum oleo balani, & fac sicut spissitudinem ceroti, & vnge caput quando vadis dormitum. Aliud. Folia ligustri infunde in succo struthij, & vtere hac infusione. Aliud. Rubiam, stœchadem citrinum, polytrichum, & absinthium, lupinos, pone in aqua reponens in vase vitreo, & dimitte per nouem dies, mouendo bis in die. in tempore vero vsus accipiendo de dicta aqua quod sufficit, infunde in ea spongiam, & dimitte vt imbibat aquam: & quando fuerint deliccati capilli, laua cum aqua calida & sapone.

De casu capillorum. CAP. 2.

Ad casum capillorum vlmi radicem, & foliorum. m.i. macera in. iiij. cyathis aquæ, & vnge, & post hoc vnge cum oleo. Aliud. Sambucum comburens, misce cum ceroto, & vnge. Aliud. Aloem permisce cum vino nigro austero, & vnge. Aliud. Myrrham & ladanum vnge cum vino aut oleo myrtino. Aliud. Accipe apes multas, & combure, & misce cum oleo, & vnge cauendo ne vngas id quod est circa. Aliud. Nigellam accipiens combure, & leniens cum aqua vnge: maxime autem hoc confert supercilijs. ℂ *De capillis qui cadunt ijs qui resumuntur ex ægritudine*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ægritudine. Ladanum cum vino & oleo rosaceo coque, & fac spissitudinem ceroti, & vnge. E
Aliud. Radicem mori excortica,& combure, & coque vt dictum est. Aliud. Polygonij semen terens, pone in lixiuio,& laua caput:deinde coque lentiscum,& collue caput. ℂ *Vt in loco combusto ab igne oriantur capilli.* Folia ficus terantur,& leniantur,& apponantur in loco. ℂ *Psilotrum.* Cerebrum vespertilionis lenias cum lacte mulieris,& vnge. Aliud. Fel thynni misce cũ gummi hederæ,& vnge. Aliud. Accipe sanguinem recentem leporis marini,& vnge. Aliud. Sanguinem cerui permisce cum aceto,& vnge. Aliud. Fructum vrticę sylvestris accipe, dissolue cum oleo,& frica cum ipso locum. Aliud. Vespertiliones plures viuos pone in bitumine, & dimitte vt putrefiant,& vnge quemcumq; vis locum.

De alopecia. CAP. 3.

Murem combure,& tere, & puluerem permisce cum adipe vrsino, & vnge perfricans locum cum cæpe albo. Aliud. Cantharidas combure,& tere,& puluerem permisce cum melle,& vnge. Aliud. Cum folijs ficus frica diligenter,deinde vnge cum adipe vrsino. Aliud. Spumam maris combure,& terens permisce cum oleo,& vnge. Aliud. Ranam habentem longa crura combure, & terens assume cum pice liquida,& vnge locum præfricando ipsum. Aliud. Equisiuialis pellem combure,& vnge locum. Aliud. Sanguine testudinis marinę vnge locum. Aliud. F
Accipe stercus muris,& thus, & permisce cum aceto,& fac mellis consistentiam, & vnge præfricando locum. Aliud. Asphodelum tere,& permisce cum aceto,vel vino,& præradens locum fric a cum folijs ficus vel cum panno aspero,& vnge. Aliud. Radicem cannæ combure, & permisce cum adipe vrsi,& vnge. Aliud. Tithymallum tere,& vnge locum.

De furfuribus. CAP. 4.

Cimoliam infunde aqua,& misce succum bletæ,& vnge:deinde laua,& accipe thus masculum, & tere,& permisce cum vino & oleo,& vnge. Sequenti vero die herbam pedicularem cum oleo vnge. Aliud. Accipe nitri,fæcis vini,mirobalanorum,singulorum libram vnam,herbæ pedicularis libram.i.& semis,permisce cum oleo antiquo,& vnge. Humidos autem furfures laua cum aqua salsa,vel cum decocto lupinorum:est enim expertum. Aliud. Laua caput cum succo portulacæ. Aliud. Vnge caput cum succo bletæ cocto vel crudo permisto cum melle. Aliud. Cimoliam permisce cum decoctione fœnugræci,& vnge. Aliud. Radicem cucumeris sylvestris coque,& cum decoctione eius laua. Aliud. Scillam in fornace obrue quando fuerit mollis,exprime eam,& eius succo permisce parum olei,& vnge.

De psydracijs & efflorationibus. CAP. 5. G

Psydracia sunt paruæ efflorationes factæ in capite similes vesicis eminentibus in superficie. Efflorationes vero sunt vlcerationes factæ in superficie subrubicundæ & asperæ. Curantur autem sic.Recipe farinam fabarum,& infunde in vino, & appone sicut cerotum. Aliud. Fac cerotum ex ligustro & cerusa,& vnge. Aliud. Recipe,amyli,cerusę,aluminis,foliorum viridium rutę,singulorum drachmas quatuor,permisce cum aceto,& oleo myrtino,& vnge. Aliud. Recipe lithargyrij, cerusæ, singulorum drachmas duodecim, sulfuris viui drachmas octo, assume cum oleo myrtino,& vnge.

De achoribus & fauis. CAP. 6.

Achor est passio veniens in capite,perforans cutem capitis subtilibus foraminibus,per quę exit humor parumper viscosus.Fauus autem facit foramina maiora continentia humiditatem melli similem.Curantur autem sic,abrasum caput fomenta bis aut ter, aut multoties cum aqua calida decoctionis myrti,aut rubi,aut lentis,aut lupinorum amarorum, aut radicis asparagi:quando autem effluent multi humores,cataplasmes caput cum folijs salicis aut lente coctis in aqua. Cõfert etiam inungere caput sulfure & parietaria & sapone ante. Aliud. Recipe lithargyri drach. xvi. foliorum rutæ drach.viij.herbæ pedicularis drachmas quatuor, chalcãthi, drachmas duas,assume cum H
aceto & oleo myrtino.

De tremore capitis. CAP. 7.

Stœchadem da bibendam cum aqua. Aliud. Artemisiæ succum paruæ habentis folia permisce cum oleo rosato,& vnge neruorum deriuationes. Aliud. Spinæ albæ semen bibendum exhibe. Aliud. Castoreum dissolue in aqua,& bibendum præbe.

De dolore capitis. CAP. 8.

Cornu cerui combure & tere , & permisce cum oleo rosato , & vnge frontem & tempora. Aliud. Cerebrum vulturis leniens vnge caput & tempora. Aliud. Psylium suffundens permisce cum oleo rosato,& vtere : hoc autem confert & ad hemicraniam. Aliud. Styracem liquidam permisce cum oleo,& vnge. Aliud. Oniscos, id est asellos sub hydrijs degentes , coque in oleo , & vnge caput. Aliud. Flores mali punici,vel ipsa balaustia,coque in vino,aut aqua marina vsque ad consumptionem tertiæ partis , & tere , & cum ceroto permiscens vnge . Aliud. Pulegio & fœniculi radice cum farina hordei vnge tempora. Aliud. Mentam, aut sinapim cum aceto permisce , & vnge tempora bis in die. ℂ *Ad dolorem capitis & temporum.*

Accipe

A Accipe opij quantitatem fabæ,& pulegij partes sex, & lentisci,& assume cum aceto & oleo rosato & vnge. Aliud. Lapathium acutum & gallam tere,& vnge tempora & frontem. Aliud. Castoreum dissolue cum oleo rosato & aceto , vnge frontem & tempora. Aliud. Iridem siccam & cardamomum minus in aceto resolue,& vnge capillos sicut faciunt mulieres quando vngunt eos. Aliud. Succum peucedani cum oleo irino leniens vnge. Aliud. Hirundinum stercus priusquam terram attigerit simul cum luto nidi, in vasculo ligneo, aceto madefac,& illine frontem. Aliud. Gummi hederæ cum aceto & oleo rosato leniens vnge tempora.} Aliud remedium. Caprinum stercus ex aceto & oleo rosaceo tento,fronti illinito,& fascia deligato:id facito multo mane,ac vesperi,& capite dolentem sanitati restitues. Aliud. Euphorbio & atramento scriptorio vnà cum aceto detritis frontem illine. Aliud. Puer venerem non expertus in limine ægroti ianuæ mingito,tu vero acetum infundito,atque vtrunque in vnum super limine commisceto,donec fordium acquirat crassitiem:ac eadem illa hora fronti imponito. Aliud. Siqua ex partu capitis dolore tentetur,cinerem cum aceto admiscens fronti superdato. Aliud. Hederæ lachryma cum aceto & rosaceo mista frontem obline. ℂ *Epithema ad idem.* Nasturtium cum aceto & rosaceo misceto ad cerati crassitudinem, imponitoq; ita, vt à tempore
B ad tempus pertineat,illico dolorem auferes. ℂ *Ad eos,qui ex altera capitis parte dolent.* Acaciam roseo cerato excipiens vtere. Aliud. Cichorium impositum & capitis dolores, & exustiones à sole efficaciter tollit.

Ad comitialem morbum. CAP. 9.

Ictinum,hoc est miluum,in olla cremato viuentem,cineremq; propinato,& sanabis. Aliud. Eiusdem iecur exustum & tritum ex aqua potui dato. Aliud. Asini stercus frictum cochliariorum duorum pondere quotidie exhibeto,atque ægrotus morbo liberabitur.id remedium longa experientia comprobatum est. Aliud. Vrina verris in fumo arefacta ex aceto mulso pota bene facit.esto autem vrinæ portio ad ægyptiæ fabę magnitudinem,sed optima est apri. Aliud. Hircinum stercus ad morbum comitialem proficit, si ex eo quindecim globuli summum exhibeantur. Aliud. Agrestis maluæ succum ægrotus per triginta dies ieiunus bibat,& curabitur. Aliud. Mustellæ iecur aridum ex aqua propinato,id facis autem cum ægrotus mox est casurus. Aliud. Parum olei leporis coagulo infundito,& pilulas facito, ex quibus modo vnam, modo duas præbeto. Aliud. Mustellæ sanguine oblinito,ac mustellam pedibus capiteq; abiectis epulandam apponito:pariter et strummis exhibita mustella prodest. Aliud. Murem dissecans per
* C lunæ silentium iecur ipsius extrahito,& assum ægroto,vt comedat, exhibeto. Iuuat etiam acetum mulsum scillinum,& Iuliani,& theriaca. Aliud odorabile ad comitialem affectum. Tithymallum cum aceto & polenta terens placentulas conficito,olfaciẽdasq; laboranti offerto,& non cadet.Confert etiam odorari peucedanum & picem. ℂ *Suffimentum comitialem morbum detegens.* Lapidem gagatem suffito ipsum circumuelãs,ne odor dissipetur,cadetq;,si re vera comitiali morbo affectus est. ℂ *Potiones per quas dignoscitur, vtrum comitialis morbus sanabilis sit.* Acaciæ drachmam aqua diluens propina:si vomuerit,insanabile malum est,sin autem febricitauerit, potio ipsi prodest. ℂ *A sidere percussorum curatio.* Asini lotio ipsos conspergę,& sanescent. ℂ *Si comitiali morbo humi prostratum confestim excitare vis.* Thymum aut pulegium conterens eius naribus admoueto. ℂ *Materiam per nares detrahentia.* Angallidis cœruleum habentis florem succum naribus instillato,iubetoq; supinum ægrotum spiritum adducere,hoc enim omnibus ex capite laborantibus opitulatur. Aliud. Succum hederæ albæ naribus instillato. Aliud. Nigellæ expressum succum cum mulsa instilla.Ad eundem modum & iride veteri oleo admisto vtitor. Aliud. Betæ radicis succum in nares infunde,& caput purgat.

De aurium vitijs,primumq; de illis quæ in adiutorijs similibus fiunt. CAP. 10.

D Vino diluto, aut mulsa aurem subluito: ac lycium in oui putamine macerans infundito. ℂ *Ad inflammationes,& dolores.* Allij capitula conterens cum oleo in olla calefacito,oleumq; in aurem infundito,& dolor sedabitur. ℂ *Ad magnum dolorem.* Anserinum iecur salsum cum nardo,eliquato,& repurgans in aurem indito. ℂ *Ad aures sanie manantes.* Liquidum alumen aqua diluens in vitreum vas conde, & maceratum infunde. ℂ *Ad aures purulentas & grauiter dolentes.* Porri succo melle diluto vtere, Aliud. Opium dulci vino eliquans ac tepefaciens in aurem infunde. Aliud. Cedri lachrymam expauca nardo immittito. Aliud. Mel & oleum vnà in vasculo prius tepefacta instillato. ℂ *Ad teredines & saniem.* Alumen scissile cum aceto & dulci
* vino elixum ad mellis temperaturam , infusum tam in recentibus , quàm antiquis vitijs efficax est. ℂ *Ad sonitus aurium intra seipsas & acres dolores.* Cedri lachryma cum melle admista, & infusa prodest. Aliud. Aloe, quæ iecuraria dicitur, cum mulso ad fordium crassitudinem temperata, & infusa benefacit. Aliud. Vulpis adeps eliquata infundatur. Aliud. Nardum tepefactum infundito. Aliud. Cassiam ex rosaceo injcito. Aliud. Centipedæ domestic oleo rosaceo inferuefactæ opitulantur. ℂ *Ad dolores paulatim ingruentes.* Lanam succidam in aceto feruefacias,exprimitoq; humorem in aurem, deinde foramen summum lana succi-

da integito. Aliud. Mali punici immautri ſucco cum melle vtere, aut lentiſci, aut herbę muralis, B aut liguſtri, aut rubi, horum cuiuſque ſuccum aut ſeorſum, aut melli admiſcens & elixans vtere, pariter & plantaginis, aut lactucæ, aut ſanguinalis ſucco vtendum eſt. ℂ *Ad dolores abſque vlcere.* Sulfur ignem non expertum per calamum naribus ſuffletur. Aliud. Papaueris lachryma muliebri lacte temperata inſtillatur. ℂ *Ad grauem auditum.* Abſinthium in aqua elixans aurem decocto eluito. ℂ *Ad ſurditatem naturalem.* Capræ nuper iugulatæ cornu caprino lotio impleto, & ad fumum per dies nouem ſuſpendito, deinde vtere. ℂ *Ad ſonitus ex profundo.* Acetum roſaceum, rutam, & cuminum cum melle macerans vtitor. ℂ *Ad tinnitus ſonoſq; repente exortos.* Acetum acre tepefactum in aurem demitte. Aliud. Vitis albæ, mellis, veratri albi, & roſei olei portionem in vnum permiſcens in aurem dato. ℂ *Ad aurem dolentem & ſanie manantem.* Acetum, mel, roſeumq; permiſce, & tepefactis vtere. ℂ *Ad acerbos dolores.* Subactam oleo euthypaſton adipem infundito, & ſpongia locum occludito. bene facit & ad neruorum morbos cum vulpino adipe atque ſuillo æqua portione permiſta. ℂ *Ad dolores aurium ac phlegmonas.* Haſtulæ regiæ radicem mundato, & in oleum vaſe vitreo contentum demittito, et per continuos quadraginta dies ſub Canis æſtu inſolato, deinde vtitor. ℂ *Ad vlceratas aures & purulentas.* Lacertas pusillas venatus mundo oleo eliquato, atque ita in aurem demittito: & vermes, ſi in aure fuerint, interficies. F ℂ *Ad aurium vermiculos, & ad ea, quæ in aurem inciderunt, extrahenda.* Cępas & hyſſopum in lotio vetere conterens inſtillato. Aliud. Partis interioris cucurbitulæ ſyluaticæ ſeminum, aluminis ægyptij pares portiones in cedrino oleo macerans infundito. ℂ *Ad ſordes aurium educendas.* Lanam vnguętaria glande madidam in aurem demitte, & ipſam ſordium plenam inuenies. Aliud. Nitrum læuigatum in aurem conijcito, acetumq; inſtillato, ſuper lana mollis addenda eſt, & per noctem relinquenda, ſequenti vero die calida mulſa aurem eluito. ℂ *Ad aurem dolentem.* Salis flos cum roſeo & aceto infundendus eſt. ℂ *Ad ſaniem aurium & magnum dolorem.* Nitrum roſaceo dilutum in aurem demitte. Aliud. Album veratrum ex vino aut aceto cum alumine infundendum eſt. Radicis præterea calaminthæ ſuccus aceto maceratus inſtilletur. ℂ *Aliud ad diuturna vitia.* Lycij & mellis æquas portiones commiſcens vtere. ℂ *Ad inflammatas aures.* Capitulorum papaueris cortices contere, & tertiam partem cum hordeacea farina permiſce, et in dulci diluto elixa, cataplaſmaq; confice. ℂ *Ad aures ſanie manantes & doloroſas.* Medullam vituli liquefaciens inſtilla. Aliud. Scoriam ferri leniens in aceto acerrimo inſtilla.

Extralatione veteri

Ad ſcrofulas & parotidas, quæ ſunt apoſtemata ſecus aures. CAP. II.

Scrofulas communi quidem curatione diſcutiunt ea quæ ſcirrhos: propria vero ſila, farinam lupinorum amarorum coque in oxymelite, & vnge. Aliud. Stercus bouis aut capræ coque in aceto, & appone. Aliud. Calcem melli aut oleo aut adipi porci permiſce, & appone. Aliud. Farinam iridis & ſtercus columbi coque in vino, & appone. Aliud. Recipe axungiæ veteris, ſeminis hyoſcyami, picis, olei antiqui, ſtercoris citrini gallinæ, ſingulorum partes æquales commiſce, & appone. G

De morbis oculorum, & primo de ophthalmijs incipientibus. CAP. 12.

Succum mentæ infunde: reſoluit enim, ſed melior eſt ſanguis columbi. Aliud. Fœniculi ſuccum exprime & vtere: antiquus autem eſt melior, permiſce autem eum aquæ, & vtere. Aliud. Rutam recentem exprime, & pone ſuccum eius in pyxide æris rubei, & vtere. Aliud. Cum coctanis coctis, & farina hordei, & vino albo fac cataplaſma. Aliud. Folia papaueris & cortices granatorum cum polline hordei cataplaſmes. Aliud. Roſas coctas & lenitas cataplaſmes. Aliud. Decoctionem meliloti cataplaſmes. Aliud. Foliis coctani tritis cataplaſmes cum vino & alphitis. * ℂ *Ad vngulam.* Dicitur vngula morbus oculi quando cornea aliquando quidem ſuperficietenus, aliquando vero in profundo pus continet, & aſſimilatur paruæ vngulæ ſecundum figuram, quare morbus ille vocatur vngula. Ad moderatas ergo vngulas confert melicratum, & ſuccus fœnugræci, & collyrium quod quidem fit ex thure. Ad fortiores autem recipe aloes, myrrhæ, croci, ſingulorum, part. i. vini part. iij. mellis part. vi. diſſoluas crocum cum modico vino: deinde aloem & myrrham: deinde infunde mel, & vniens repone in vaſe vitreo, & vtere bis in die: expurgat enim, incarnat, & conſolidat. ℂ *Ad hypopia. i. liuorem qui fit ſub oculo.* Sinapin tere, & appone cum ceroto. Aliud. Oſſa ſepiæ tere ſubtiliſsime, & permiſcens cum aceto vnge in nocte: tollit enim ea. Aliud. Radicem cucumeris ſyluestris melli commiſce, & impone. ℂ *De liuoribus oculorum.* Hyſſopum tritam liga in panno, & infunde in aqua calida, & tange liuores, fomentans. Aliud. Farinam iridis cum melle admiſce, & appone. Aliud. Cyminum tritum permiſce cum lacte mulieris, & appone: vel origanum appone ſimiliter. Aliud. Erucæ ſemen terens cum felle bouino cataplaſmes. ℂ *De pterygijs.* Pterygium dicitur neruoſa ſuperinnatæ oculi membranæ eminentia incipiens ab angulis & procedens vſque ad corneam: quando vero inſuper augetur, cooperit & pupillam. Magna igitur & diuturna pterygia per chirurgiam inciduntur: recentia vero & moderata in magnitudine iuuant æs combuſtum, vel chalcanthum H

A vel chalcanthum cum adipe porci. Aliud bonum. Chalcanthi, part. i. gummi arabici, part. mediam, diſſolue in vino, & vnge. Quidam autem hepar capræ melli miſcentes vngunt. Aliud. Recipe Lycium & liguſtrum, & cum aqua fac collyrium, & vnge. ℂ *De vlceribus oculorum & albugimibus.* Vlcera quę fiunt in oculis quæ quidem ſunt ſuperficietenus, nephelia nominant: quę vero profundum petunt, albugines. Nephelia ergo ſuccus anagallidis expurgat, & ſuccus centaureæ minoris cum melle. Diuturna vero ſubtiliat cedria & æs ſolum diſſolutum in aqua in modum collyrij. Albugines autem iuuat nitrum diſſolutum diligenter oleo, & vnctum. Aliud. Recipe ſuccum draconteæ & miſce cum melle crudo, & vnge. Aliud. Fel hirci confrica in oculo. Aliud. Os ſepiæ combure, & diſſolue cum melle, & vnge. Aliud. Ex ſtercore lacertæ faciens collyrium cum aqua vnge. Aliud. Felle canis marini vnge, vel raphani ſucco, vel felle galli. Aliud. Recipe ſuccum malorum granatorum, & pone in vaſe terreo, et cooperi cum panno, & pone in ſole quouſque habeat mellis conſiſtentiam: & ei miſce mel æquale: & cuſtodi, quia inueteratum valet magis, & quando vadit dormitum patiens, vnge oculos. Aliud. Fel leonis cum melle vnge. Si vero puer paruus habet albuginem, mater infantis mandat ammoniacum, & inſufflet in oculum: ſimiliter vngat oculum menſtruo alicuius de cognatione ſua: * B & ſimiliter mater eius incidat paruum digitum ſuum, & ſanguine qui fluxerit, vngat oculum. ℂ *Ad caliginem & nebulas oculorum.* Vnge oculos ſucco foliorum draconteæ. Aliud. Succum betonicæ cum vino permiſto calido inſtilla. ℂ *De hordeolo.* Ex aqua decoctionis hordei fomenta oculos, vel ex cera alba: Vel accipe muſcas, & abſcinde capita earum, poſtea reliquo corpore frica oculum. ℂ *De madaroſi.* Madaroſis, id eſt glabrities: & pulouis, eſt caſus pilorum palpebrę: curantur autem his. Recipe nucleorum palmularum cōbuſtorum drachmas tres, ſpicę drachmas duas, tere & vtere. Aliud. Stibij aſsi, piperis, ana drachmam vnam, ſpicæ drachmas tres. Aliud faciens ad caſum pilorum ſuperciliorum. Auellanas combure, & permiſce cum adipe vrſi aut capræ, & vnge. Aliud, quod etiam confert ad alopeciam barbæ. alterci drachmas duas, ſtercoris muris drachmam vnam. polytrichi drachmas duas, olei irini cyathos quatuor: tere & permiſce cum oleo, & præfomentans vnge. Aliud. Senectam ſerpentis combure, et vnge: facit enim naſci pilos: vel nigellam tere, & fac ſimiliter. ℂ *Ad ſupercilia piloſa.* Origanum combure, tere, & applica, prius tamen euelle pilos. Aliud. Lacertam viridem coque in oleo, & poſtquam euulſeris pilos, vnge locum. Aliud. Chamæleontis ſeu laureolæ radicem permiſce cum ſanguine ranæ, & vnge locum. ℂ *Vnctio habentium oculos glaucos.* Glaucos mulierum oculos nigros red- C dit hyoſciami flos cyaneus repoſitus in vmbra: & tempore vſus permiſtus cum vino auſtero & inunctus. ℂ *Ad ſuffuſiones.* Theriacam quæ fit ex viperis, permiſce cum melle ſine fumo, & vnge: conferunt etiam caput purgia, & purgatio cum hiera, & fomentatio cum decocto fœniculi, & ſagapenum, & elleborus albus cum melle appoſitus, vel mel cum ſucco fœniculi. ℂ *Ad ægilopes.* Aegilops eſt abſceſſus paruus iuxta magnum oculi angulum, qui ſi negligatur, ſcinditur vſque ad os: & dicitur ægilops antequam ſcindatur. huic confert glaucium & crocus ſimul cum ſucco perdicij appoſitum: oportet autem frequenter ea permutare. Aliud. Conchulas cum teſtis ſuis tere, & appone. Aliqui vero miſcent & aloen vel myrrham. Aliud. Fel porcinum ſicca, & appone. Aliud. Perdicium cataplaſmes. Aliud. Aegilopem herbam inter frumenta naſcentem cataplaſmes. Aliud. Portulacam & thus maſculum appone, prius tamen ea maſticabis ieiunus. Aliud. Craneum hominis tere, & appone. ℂ *Ad nyctilopas.* Hepar hirci aſſa, et vnge liquore qui defluit, oculum: iuuat enim duodecies inunctus. ℂ *Ad pediculos oculorum.* Aqua marina tepida palpebras fomenta.

De paſsionibus narium, & primo de polypo & ozæna. CAP. 13.

D Vitriolum leniens cum aceto vnge. Aliud. Cortícum granatorum drach. xvi. fellis tauri, amomi, myrrhæ, calamenti, praſsij, ana drach. viij. croci, drach. ij. elleborí albi, drach. ij. vtere ſicco. ℂ *Ad fœtorem narium.* Recipe amomi, myrrhæ, roſarum ſiccarum: æqualiter aſſume cum oleo nardino, & vnge: confert autem & vnctio cum hedycroo magmate. ℂ *Ad vlcera narium.* Recipe lithargyri drach. iiij. rutæ recentis, aluminis ſciſsi. ana. drach. ij. aſſume cum oleo myrtino & aceto. Aliud. Recipe ceruſæ, drachmam vnam lithargyri, drach. iij. ſcoriæ plumbi, vel plumbi combuſti drach. iij. omnia lauentur & aſſumantur oleo myrtino. ℂ *Ad extrahendum ſanguinem de naribus.* Florem graminis appone. Aliud. Rubiam cum oleo accipe, & vnge nares. ℂ *Ad fluxum ſanguinis narium.* Corticem ouí combure, & accipe de eo partem vnam, & de galla partem mediam, & inſuffla. Aliud. Lycium appone. Aliud. Aſini ſtercus comburens inſuffla cinerem eius, aut exprimens inſtilla ſuccum. Aliud. Lapidem molarem igniens extingue in aceto, & da recipere odorem. Aliud. Thus maſculum & aloen aſſume cum albo ouí & fac cataplaſmes. Aliud. Ventoſam magnam pone in hypochondrio ſecundum rectitudinem naris patientis: oportet autem & ijs quę ſtypticant & prohibere poſſunt impetum ſanguinis, vti.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

℄ *Ad nares vlceratas, & polypos, & ozænas.* Spuma nitri attinge, & ad spiritus odorem conciliandum, albæ violæ florem nondum ex coliculo delapsum lege, tereq; cum aqua, donec mellis crassitudo fiat. Aliud. Aerugine ex melle decocta locum attinge. ℄ *Ad interiores phlegmonas.* Adipe anserino cum porri solaniq; succo æquis portionibus diluto interdiu obline. ℄ *Ad narium vlcera cum duritie.* Plumbum tritum vino aqua maris non temperato macera, myrteiq; olei, quod satis est adde ad mellis spissitudinem. Aliud. Aeris squamma ex melle decocta vtere. ℄ *Sanguinem per nares euocantia.* Mentam excipiens melle, & collyrium faciens in nares mitte. ℄ *Ad profluuium sanguinis è naribus.* Rutam tritam oleo excipito, & intra nares conijcito. Aliud. Gummi ac thus contrita & aceto liquata in nares da. Aliud. Cinerula cypria cum succo porri temperata bene facit. Aliud. Spongiam vstam pici admistam, & arefactam linamento insperſam in nares pellito. Aliud. Acuti iunci florem naribus imponito. ℄ *Ad sanguinis eruptiones, quæ supprimi nequeunt, præsert im cum diutius febricitantibus sanguis perfunditur.* Pyrion imponito nonnunquã aridum, nonnunq; collyrio oblitum, & crassitudinem cauis nasi respondentem faciens ita immittito: ijsdem & nares & tempora & frontem illinito. Aliud. Diphryges vstum, & ex aceto tritum superimpone. Aliud. Lanam oui albo madentem admoue. Aliud. Lanam herbæ sanguinalis, aut solani succo imbutam in nares dato. Aliud. Ruta ex aceto trita circumponenda est, & suffienda. Vtendum præterea est reprimere cohibereq; sanguinis impetum valentibus, vt cicutam naribus suffito, odoremq; attrahito: nares etiam digitis comprimito: aut cerato, aut alio quopiam diligenter occludito, quinetiam penis extremum papyro delígato. in mulieribus vero mammarum papillas similiter. Item refrigerare potentibus frontem caputq; oblinito, & conspergito. Præsentissimum remedium est capiti cucurbitulam affigere, vel etiam frontis venam soluere. Sternutamenta quoque plerunque sanguinem reuocant. Aut herbam buglosson, aut asini fimum ex aceto in nares conijce. ℄ *Ad stertentes.* Anethum capiti clam subijcito: id & prosilientibus ex lectulo remedio est. ℄ *Ad puncta & æram vocatam absq; cicatrice & vlcere.* Nitro locum detergens resinam terebinthinam super dato, & per dies quinque dimittito, mox locum soluens puncta scriptorio specillo perforato: deinde thus nitrum ac mel pari modo mista, vt cerati crassitudo sit, imponito: post solue, & ablue. Aliud. Ex trito veratro cum pane, aut ex acido lacte p se cataplasma facito. Aliud. Fici trito cortice illine. Aliud. Staphida agriam, quam herbam pedicularíam, quòd pediculos necet, quidam appellant, in cataplasmatis modum imponito.

Ad alphos, ephelidas, lenticulas, & alias faciei affectiones. CAP. 14.

Cucumeris syluatici radicis succo trito & cribrato faciem deterge. Aliud. Alcyonio ex vino trito faciem obline. Aliud. Vitem syluestrem contusam, & vino ægyptio maceratam superdato. Aliud. Erucæ agrestis radice trita, & ouis felle excepta vtitor, facie prius nitro peruncta. Aliud. Elaterium ex aceto terens, & ad mellis crassitudinem redigens, ceratoq; admiscens inunge. Aliud. Cinabari ex melle faciem illine. Aliud. Cachrys semine trito ipsas lenticulas inunge, & arefactam ablue. Aliud. Syluatici cucumeris radicem, ficiq; summos ramulos in aceto feruefactos tritosq; imponito. Aliud. Veneris vmbilici radicibus ex melle contritis faciem illine. Aliud. Rubia ad maculas à sole contractas & alphos benefacit, si ea trita ex oleo facies inungatur. Aliud. Zochum amarum terens ex melle faciei imponito. Aliud. Anethi semen ex vino vetere tritum & ad mellis spissitudinem redactum, faciei obducito, atque ita per integram noctem remaneto: sequenti mane illud remoueto, recensq; aliud reponito: eodemq; quoque semine commanducato ephelidas & lenticulas vtiliter illinito. Aliud. Alba viola ex aqua ad eadem proficit. Aliud. Aphronitrum tritum cum cerato ex tyrrhenica cera confecto faciei superdato. ℄ *Ad alphos & album colorem.* Alcyonium vstum melliq; admistum illitum prodest: eodem quoque cum erui farina & tritici misto quammaxime calido faciem detergito. Aliud. Amara amygdala cortice spoliata aceto acri excipito, & cataplasma facito. Aliud. Ocymi semen cum gallinaceo aut anserino adipe tritum bene facit. Aliud. Fœnum græcum ex aceto tritum squammulas, si illinatur, detrahit. ℄ *Ad ephelidas & lenticulas.* Myrrha & crocus, si aqua macerentur, illita iuuant. Aliud. Purpuras, aut vocatas cerycas hoc est buccina expiscatus, in ollulam conijce, & in furnum assandas mitte, deinde ex melle tritis vtere. ℄ *Ad faciem album, & extenta cute reddendam.* Cucumeris syluestris radices in frusta diuide, & refrigera: deinde aqua elixatis ac tritis in cataplasma vtere. ℄ *Aliud faciem splendidam reddens.* Ex eruo bene olente vino macerato cataplasma facito. Aliud. Tritici, quod semidalin vocant, succum exprimens humidiorem partem abijce, parti illi autem, quæ subsedit, oui album commisceto ad mellis spissitudinem, atque hoc faciem perunctam oleo deterge: à sole autem maculatam faciem frigida multa lauato, & per vnum diem facies coloratior redditur * Violam elixans parum aluminis inijce: deinde lixiuium admiscens ac terens vtere multo inungens oleo, sic enim facies grati coloris, bonumq; odorem os spirans efficitur. Cupressi atque ilicis taleas vna feruefaciens decocto corpus totum madefacito. Aliud. Thuris & pederotis

Arotis æquas portiones misce, & ex melle tere, ita faciem inunge, atq; integrum diem sic dimitte, deinde ablue. Aliud. Lini fecem melli admiscens sub solem iter facturus corpus inungito, eo tamen prius nitro perfricto. ℄ *Ad impediendam solis exustionem, & exustam faciem sanandam.* Bulbo candido trito ex melle inungito. Quod si facies citra phlegmonem tumefacta fuerit, nigram terram ex aqua conterens superdato. Aliud. Alcyonio & nardo gallico simul tritis vtere.

Ex tralatione veteri. {℄ *Ad pannum & lentigines.* Draconteæ radicem cum melle cataplasmes, vel nigellam cũ aceto, vel pentadactyli fructum. ℄ *Ad faciendam faciem rubicundam.* Rubiam tere & permisce cum oleo, & vnge. Aliud. Bulbum amarum terens permisce cum melle, & vnge. Aliud. Recipe ciceris, rubiæ, thuris, myrrhæ, ana. drach. ij. assume cum adipe vituli, & oleo masticino, & vnge, & post spatium absterge spongia calida.}

Ad oris vitia, & primo Ad labiorum rimas. CAP. 15.

Immaturam gallam tritam accipito, & resinam terebinthinam cum hyssopo & melle, atq; his perunge. ℄ *Ad altiores scissuras.* Caprinus adeps mundatus proficit. Aliud. Adeps anseris, & mel, & terebinthina æquis portionibus addito flore rosarum, hyssopo arida, & masticbe, fiat inunctio. ℄ *Ad oris halitum commendandum.* Vino vetere bene olente, in quo iris maduerit, os collue, assidueq; in ore breui tempore contine. Aliud. Vino paulisper os sublue, in quo serpillum maduerit. ℄ *Ad oris tetros absq; vlcere odores.* Nonnulli meraco vino, cui myrrha admista sit, os eluunt, atq; rotundum odoratum iuncum terentes, partes oris internas perfricant. perinde & marmore vsto cum aniso vtuntur: ita & hordeo cum sale & melle. Quidam & linteolum cremant, & vino inijciunt, atq; ita trito vtuntur, & pumice & nardo & myrrha ex melle. Semidalin quidam & irin cum melle miscentes comburunt, atq; ita vtuntur: & ex ostreis purpura & buccino cum myrrha: cumq; cubitum eunt, aceto acerrimo colluunt. Commanducant autem nonnulli domum egressuri pini folia, & aqua os subluunt. Quidam præterea & anisum, aut dulcem radicem, aut irin, idq; genus alia aliquo iter facturi commanducant. ℄ *Ad oris vlcera & putredines.* Melanteria contusa prodest. Ad eadem benefacit oleum immaturum separatim, aut cum melle propinatum. prodest etiam glaucuris vocata contusa: eius succum ex melle & aqua paribus portionibus ad gargarizandum exhibeto.

Ex tralatione veteri. {℄ *Ad fluxum sanguinis ab ore.* Colluatur os ex decoctione rosarum in oxycrato postquam erit frigida, & transglutiatur. Aliud. Gargarizet patiens & colluat decoctione rosarum frigida, aut extremitatum vitis, aut foliorum lentisci, aut rubi, aut cytoniorum, aut acinorum vuæ, aut rhu. Aliud. Semen rosæ cum masticbe da ex vino styptico bibendum, vel ex vino decoctionis rubi aut rosarum. ℄ *Ad oris vlcera.* Gallam in vino coquens collue os, deinde appone gallam tritam permistam cum melle, aut florem rosarum: collue etiam os decoctione foliorum oliuæ.}

Ad dealbandos dentes, aliaq; eorum vitia sananda. CAP. 16.

Vtuntur autem & huiusmodi quibusdam dentifricijs, quæ vnà & gingiuis prosunt, & dentes splendidos firmioresq; reddunt: terram eretriada vocatam vstam tritamq; adhibent. hoc valde bene splendidos dentes reddit: Farina erui lotio subacta illine. Aliud. Animalis dasypodis à pilosis pedibus vocati caput vstum cum fœniculo quamalbissimo & fæpiæ tritis ossibus admiscens vtere. Aliud. Cornu ceruino vsto tritoq; vtitor: hoc & dentium dolores tollit, & ex rosaceo impositum capitis dolores discutit. Aliud. Pulegio & sale fricto mistis ad eadem tritis vtere. Aliud. Ouillo talo vsto ad similia vtitor. Aliud. Hordeo tosto & sale mistis tritisq; vtere. ℄ *Diaclysma, id est lauatio ad vlcera, & dentes titubantes infirmosq;.* Alicacabi radicem vnà cum malicorio crassiore elixam imponito. Aliud. Albæ populi, aut verbenacæ radicem accipito, aut eryngij radicem vel ipsam herbam, aut polij radicẽ accipito, & terens apponito. ℄ *Ad concussos dentes & dolentes.* Asini vngulam vstam tritamq; aceto excipe, & orbiculos faciens repone, ad vsum aceto orbiculum vnum liquato, datoq; ore continendum: illico. n. dolorem sedat tollitq;. Aliud. Nigri chamæleonis decocto si foueas, dolorem dentium curabis. id & mures necat. Aliud. Betæ succo si fiat collutio, confestim dolor finitur. Aliud. Alterci radicis calidiore decocto si foueas, dolor quiescet. Aliud. Rutam, hyssopum, & myrrham ex vino tritas ore contineto. Aliud. Si ex verbasci radice aceto, posca, aut vino elixa os colluas, bene facit. Aliud. Ex nitro cum oleo facta collutio dolorem pellit. Aliud. Cupressi baccis ex vino & rosa elixis os foue. Quòd si dentes oẽs doluerint, cedri liquore os si collues, protinus dolori succurres. Deas molaris si doleat, maluæ vnicum habentis cauliculum radice si tangas, dolor abibit. Dentes dolentibus herbæ muralis radicem, cũ balneas ingrediuntur cõmanducandã præbibit. Dentes dolentibus herbæ muralis radicem, cũ balneas ingrediuntur cõmanducandã præbeto, quam sub molari dente, quoad ex balneis egrediantur, retineto, & dolor euanescet. Aliud. Pyrethri radicula commanducata eodem die fugat dolorem. Aliud. Herbæ pontitidis vocatæ radix manducata dolorem finit. ℄ *Suffimentum dentes dolentibus.* Alcyonij suffitu continuo dolor tollitur. Aliud. Altercí semen suffitum dolorí medetur. ℄ *Vt dentes bene oleant.* Cimo-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

liam cum sale terito,dentesq; fricato. Aliud. Dentem canis accipito,& in ignē conijce,fussi- E
tumq; facito,vt enim iste crematur,ita dentes confirmat. ℂ*Ad exesos dentes.* Ad exesos autem
dentes, atramento sutorio trito permistum piper accipito, aut gallam: Aut ex melle fissum alu-
men in cauum dentis inserito, & dolorem leuabis. Aliud. Linacis lapidem in fistula sesa-
mi magnitudinem æquantia confringe,& in dentis foramen immitte, illico dolorem sedat,sed ex
cera operculum facito. Aliud. Taurinum iecur lento igne frictum dentiq; impositum simul
atq; tetigit, dolorem discutit. Aliud. Testudinis vnguis in maxillaris dentis exesi foramen
coniectus multum proficit. Aliud. Fel vrsi impositum illico dolorem leuat,curat autem etiã
quomodo illinatur. ℂ*Ad dentes motos & labantes.* Testudinis sanguis diu ore contentus den-
tes corroborat. Aliud. Alcyonio indico ex vino trito si os colluatur,motus sistitur. ℂ*Ad den-*
tes ex ictu concussos. Corallium imponito,& satis diu contineto. ℂ*Ad dentium stuporem.* Ægro-
tus portulacam mandito. Aut oleo omphacino perungito. Aut amurcam olei in vase æneo ad
mellis temperaturam coquito:hac enim vetusta si inungas,valde prodest. ℂ*Ad dentes eximendos*
sine ferramento & absq; dolore. Fermentum denti circundato, & paulisper relinquito, mox den-
tem lacertæ sanguine circunfundito,& excidet. ℂ*Vt sponte dens excidat.* Pyrethrum aceto mol-
litum saleq; per triginta dies maceratū denti prius mundo facto circumponito. Aliud. Arte- F
misiam herbam ex aceto tritam obline. Aliud. Dentem circum suffodiens vermiculis,quas
campas vocant,in summis brassicarum aliarumq; herbarum foliis repertis illine,ab alijs dentibus
cauens. Quòd si inferiores dentes eximere voles, illis vermiculis vtere,quæ in inferiore parte il-
larum herbarum reperiuntur. Aliud. Sandaracham ex aceto tritam siccari permitte,& sicca
vtiliter vtitor, prius sanguinem circum dentem eliciens: sic.n.paulisper dimittens,digitis ipsum
eximes. Aut agrestis cucurbitulæ radicem in foramen dentis conijce. Aliud mœdi immaturi *
radicem arefactam tritam & cretam radicibus dentis circunda, & paulo post digitis apprehen-
de,sequetur enim. Aut æthiopicæ oleæ lachryma affectum dentem tangito. Aliud. Lacertam
agrestem arefactam, dissectam, contritamq; repone,cum dentem circum mundaueris imponi-
to,& paulo post attrahito,quoniam sequetur. Aliud. Vrticæ semina cum galbano mista affe
cto denti circūline,& protinus excidet. ℂ*Ad eximendos sine dolore dentes.* Herbæ lapę radix ca-
lefacta,& denti apposita facit,vt statim digitos sequat. ℂ*Vt dentes digitis euellantur.* Sylvestres
cucurbitulas scinde, & aceto macera ad mellis spissitudinem, deinde ferramentum ad scalpen-
dos dentes in medicamentum demitte, eoq; dentem circum scarifica, atq; os paulisper clausum
haberi præcipe, deinde apprehende digitis dentem & attrahe: absq; dolore euelletur. Aliud. G
Farinam ex lacte tithymalli adhibe, & hederacea folia super impone, per horamq; dimitte:fran-
getur enim sine dolore. ℂ*Ad albificationem dentium.* Nitrum, os sepiæ, & os dactylorum Ex tralatio-
terens vtere. Aliud bonum. Corallum rubeum, pumicem, ossa dactylorum, ossa sepiæ, & ne veteri.
sal assum terens vtere. ℂ*Ad dolorem dentium.* Oleo lentisci non antiquo colluantur dentes.
Aliud. Colluatur os cum foliis rutæ coctis cum oxymelite, vel colluatur cum aceto scil-
litico, vel coquatur in aceto pyrethrum & hyssopus: oportet autem humiditatem & humo-
rem euacuare.

De morbis gingiuarum. CAP. 17.

Ad gingiuas corrosas recipe florū rosarum drach.viij.gallarum,drach.iiij.myrrhæ drach.ij.cō
misce,& appone. Aliud. Lacte asinæ gingiuas collue. Aliud. Foliorum oliuæ decocto
os collue. Aliud. Aceto scillitico gingiuas collue. Aliud. Rubiginem ferri & balaustia
sicca appone. ℂ*Ad gingiuas tumidas & carnis excrescentiam.* Succū portulacæ ore detine,vel aquā
salitā oliuarum colymbadum,vel oleum ex immaturis oliuis expressum calidum vel lentiscinum
vel melinum.Sicca vero quæ prosunt sunt,rubigo ferri aut æris,radix aristolochiæ,semen planta-
ginis,chalcanthum assatum,& balaustia. ℂ*Ad inflammationem gingiuarum.* Collue decocto fo H
liorum oliuæ,& appone gallam. Aliud. Coque in vino cocto folia oliuæ & gallam. ℂ*Ad gin-*
giuas denigratas & putridas. Confert fricatio ex fæce vini vsta:abstergit enim, mundificat,& albi-
ficat. ℂ*Ad gingiuas sanguinolentas.* Confert missio sanguinis à cephalica & scalpellatio gingiua-
rum.confert etiam succus hyoscyami vel eius decoctum cum sapa, si retineat in ore. Aliud.
Extremitates lentisci & balaustia coque in posca, & collue. Aliud. Radicem rubi coque in
vino & os collue.vel rhun & gallam coque in vino:& vtere similiter.}

Ad vuulæ morbos. CAP. 18.

Gallam tritam per se admoueto digito oleo intincto, aut in cochlearium inijciens applica.
Aliud. Spinæ ægyptiæ semen tritum atq; aridum appone. Aliud. Caricas cum oleę foliis esui
dato.Succum cyrenaicum cum sale arefactum apponito, prius gargarizatione ex aqua calida fa-
cta.Aut fissum alumen vstum diligenter admotum iuuat. Aut stellionem viteis lignis crematum *
imponito, & bene facit. Aliud. Rubi caulículos ex melle & pice liquida maceratos cir-
cunda. Aliud. Lapidis agerati quasi nunquam senescentis florem admistum gargarizādum *
dato.

A dato. Aut brassicæ succo admistum alumen fissum & gargarizatum mirifice prodest. *Vlcerium*
* *vuulæ apponendum.* Misy & calcem viuam æquis portionibus resina terebinthina excipe, & sub-
de,retinendamq; permitte:intra horas tres aufert.Item proficit ad vuæ affectum picis recremen-
tum, quod ex Cilicia aduehitur, cochlearío exceptum & subditum. Et vuæ acerbæ succus ex
melle, aut prædulci vino. Dicitur autem incolumen seruare columellam, siquis vuuæ acinos
quotannis ieiunus deuoret,& nunquam eius partis affectu vexabitur. Iisdem præterea garga-
rismatis in columellæ vitijs vtendum est,quæ ad tonsillas affectas describentur: Primum atq; in-
ter initia sube aqua calida os fouere: deinde frigida gargarizare, aut posca, aut mali punici dulci
succo ad mellis crassitudinem decocto & aceto mulso eliquato:aut dracunculi succo gargarizet,
Ex tralatione veteri. & optime proficient. {ℂ*Ad vuulam phlegmonem patientem.* Confert glycirhizæ succus cum
melle appositus & terra sigillata & fructus spinæ ægyptiacæ.Mitiora autem sunt hæc, gūmi ara-
bicum,tragacanthum,sarcocolla apposita.}

Ad inflammationes tonsillarum & anginas. CAP. 19.

Id vero benefacit in tonsillarum tumoribus. Myrteas baccas præparantes melle,absinthio, &
dracūculo inungere consueuerunt. hoc autem medicamentū illitum, aut cum aliquo gargariza-
B tum mirum in modū prodest.Quòd si aliquæ phlegmones reliquiæ superstint, tonsillæq; exaspe-
ratæ sint, lacte planè calido per se, aut cum supra positorum aliquo vtendum est: aut furfuribus
aqua elixis,aut mulsa,aut furfurum decocto:aut dulcis radicis,aqua calida farinam subigens bis
aut ter,succo vtere:aut gallinæ hœdiue iusculo: aut hordeum cortice liberatum vnà cum passulis
decoque:aut maluæ decocto per se vtere:aut vnà cum melle maluã elixa, aut cum lupinis & pas-
so & vtitor. ℂ*Ad tonsillarum humores & anginas.* Dulcis radicis succum eliquans vtere.Q; si cru-
stæ factæ sint, ad has remouendas, mulsa gargarizandum est, aut lentis decocto per se, aut cum
hyssopo,aut iride.Vel etiam oliuarum salsarum aqua gargarizetur: Aut crocí parum & myrrhæ
cum modico pasi inferuescant: aut ficis elixis hordei farinam permisce, succūq; exprimens per-
cola, & succo vtere: aut ficorum decocto sinapis modicum adijciens gargarizandum propina,
pituitam nāq; detrahit,& phlegmonem discutit. ℂ*Ad absessus in tonsillis.* Aliquod ex ijs,quę
supra comprehensa sunt,proficit.Item aphronitro contrito locum tange,interdum autem & flo-
rem nitri adiunge: separat enim crustas, & absessus attenuat,si per collutionem propinetur. Et
lixiuio percolato marrubij succus dilutus vtiliter exhibetur:Aut ipsum marrubium in mulsa co-
ctum: Aut rutæ decoctum cum marrubio aut per se, aut in mulsa elixo subsidio est. Item & rutæ
C succus gargarizatus,& erui decoctum similiter prodest: Aut misy cum galla immatura mistum:
Aut myrtum liquido alumini ac melli paribus portionibus tritam miscens illine. hoc remedium
non crustas solum abijcit,verum etiam antiadas à Græcis vocatas glandulas mirifice dissipat:aut
porcelli cruore manus imbuens,ter laborantis collum attinge. Aliud. Cochleas testa nuda-
tas in ollam inijce: deinde torreas, & in cinerem redigens, puro melle ac leni excipe,atq; perun-
ge.vis eius incredibilis est.

Ad interruptam submissamque vocem. CAP. 20.

Bulbos duos crudos ex melle esui dato: auxiliatur & fici decoctum cum thure & myrrha gar-
garizatum:ad idem facit & sulfur ignem non expertum in ouis deuoratum cochlearíorum duo-
rum aut trium pondere. Aliud. Accipe amygdalas amaras.xx.seminis lini assi,drachmas qua-
tuor,tragacanthæ aqua maceratę drachmas duas,nucleos pini triginta:melle excipe, & vtere.
Aliud. Pulegij drachmas quatuor,seminis lini,piperis,calamenti,añ.drachmas duas: petrose
lini drach.vnã:mellis,lib.i. ℂ*Ad eos qui propè suffocantur.* Humanum stercus in panniculo deli-
gatum & crematum potui dato.hoc etiam suffocatis opem fert. Aliud. Et caprinum stercus
cum melle & liquida pice illitum angina laborātibus summe prodest: aut rutæ succo & lacte per
D strigilem transmisso laborantis fauces collue: multam enim lachrymam detrahit, & malum le-
uat. Aliud. Vrina assidue gargarizata sanitatem restituit, vnà vero & succum brassicæ garga-
rizare oportet. ℂ*Ad puerorum crustas in faucibus.* Prius inungito:deinde vinum,in quo aristo-
* lochia decocta fuerit,gargarizetur:citissime curabitur.

Ad ossa deuorata, aliaque omnia ex gutture excutienda. CAP. 22.

Aquæ & olei parem modum in os fundens contineto,quoad rem deuoratam eijciat, siquis co
medens aliquid deuorauerit,& suffocetur,ex eadem re, quam comedebat, particulam vtriq; au-
ri superimponat ac super caput: res enim deuorata strangulansq; descendet. ℂ*Ad hirudines ex*
gutture eijciendas. Marina aqua gargarizetur. Aliud. Olei,aut succi cyrenaici magnitudo
erui ex vino puro calida potui detur,aut succum anagallidis, aut acetum acre cum thymo propi-
na,postea calenti aqua gargarizetur.

Ad distillationes. CAP. 21.

Caseus antiquus in cibum sumptus iuuat:ipsas enim resiccat.Oleo veteri nares assidue perun
ge:Aut sulfure & myrrha contrita cum vino & melle & oleo.

Ad tusses

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Ad tusses. CAP. 23.

Fici puro vino madefacti & in cibum sumpti bene faciunt. Aliud. Resina terebinthina in melle cocta linctui detur, postea vinum merum dulce sorbendum exhibeatur. Aliud pueris magis commodum. Coagulum purum elixum melle comprehende, & exhibe. Aliud. Cânem lycurgum vocatum excoriatum epulandum appone. Aliud Allium ex melle decoctum succurrit tussientibus. Aliud. Scillam accipito, & eius summum excauato, in cauo conijce ouum, locumq; creta obtege, & assans edendum exhibe. ℂ *Ad tussientes assidue.* Hyssopi fasciculum in aqua ad tertias decoquens, ieiuno per triginta dies calidam potui dato, pueris vero etiam cum caricis. Aliud. Pernam contundens & instar farinæ in locum affectum spargens, iuuat: Hoc idem & sanguinis ex ore eiectioni succurrit egregie. Aliud. Sinapi tusum tritumq; cochlearii mensura cum vini cyathis duobus deinceps per dies tres bibendũ dato. ℂ *Ad nocturnas tusses.* Mentam tritam in acetum conijce, & sorbendum propina. *Suffitus ad tussim.* Styracis, mastiches, piperis, petroselini, ana. drach. vnam: sandarachę drach. sex: baccam lauri vnam: impone carbonibus accensis, & per calamum æger fumum excipiat.

Ad asthmaticos, id est suspiriosos. CAP. 24.

Vinum, aut mulsam, vbi scilla decocta fuerit, propinato. Facit & pulmo vulpis siccatus, & tritus ex vino nigro potui datus. Aliud. Nasturtium album tusum & melli mistum lingendum exhibeto. ℂ *Ad spiritus difficultatem.* Ouium pilos, qui circum anum sunt, accipe, hosq; vstos ac tritos in passo propinato. Aliud. Sulfur ignem non expertum ex vini cyathis quatuor potui dato. ℂ *Ad recta cervice spirantes.* Radiculam ex aqua calida propinato. Aliud. Sedum ex melle tritum linctui dato, aut bulbum, aut abrotonum, aut halicam ex mulsa, aut hyssopum in mulsa coctum, aut herbam stœchada, aut castoreum ex dulci vino, aut scillæ intranea ex aceto mulso.

Ad sanguinis ex ore profusionem. CAP. 25.

Symphyti herbæ radice, quanta potest, vescatur, eodemq; die acetum ne gustato. Aliud. Terram samiam dato, interdum cum succo herbæ sanguinalis, interdum per se. Dicebat autem Hippio centaurius, ad sanguinis eruptionem magnifice proficit vrticę succus ex vini cyathis tribus epotus: iuuat præterea acetum absorptum præcipue scillinum: item & mentæ succus & tragacanthæ sub lingua contentus.

Ad eos quibus ex aliqua ui interiora sanguis erupit. CAP. 26.

Accipe vitis cinerem aceto extinctum, plusq; aceti superfundens eliqua, & per panniculum excola, id modica aqua temperatum propina cochliariorum sex mensura: hoc & locum sanguinem fundentem adstringit, & concretum sanguinem, deuoratum liquat & excernit, & cruoris profluuium compescit: est enim sanguinis in interioribus locis exitus repressiuum. ℂ *Ad omne sanguinis profluuium.* Symphyton herbam ex aceto faciei superdato, si ex naribus sanguis decurrat: si ex pectore feratur, thoraci: si ex vesica, aut vtero, aut renibus, coxendicibus imponito.

Ad sanguineum sputum, & tabem vel phthisim. CAP. 27.

Gũmmi partem nigram passo elixam exhibe sub lingua continendam ac deuorandam: ad sputum enim sanguinis & tussim gũmmi nigra pars vehementer facit. ℂ *Ad phthisim non perfectam sanandam.* Pulmo cerui calamo extractus & arefactus conteratur, ipsius cochlearia tria ex mellis cyathis tribus exhibeantur: deinde paucis diebus interpositis iterũ propinetur. ℂ *Ad phthisicos, & purulenta sanguineaq; sputa reijcientes.* Vtimur salito caseo, eum cum pane esui dantes, ipsum ita colluentes aqua ter & quater donec aqua salsa non reddatur: ipsum deinde charta inuoluẽtes cremamus, damusq; sine oleo exiguum mulsi infundentes. Herophilus autem salitum caseum solum cum pane exhibet: postea vero aquam potandam iubet, dicẽs cum sal in caseo aluum perturbat, vinum quidem datum soluit. Vtimur & scilla tosta cum salsamento in ipsa, & vehementer purgantur: item & porro cum pane: Postea cum diligenter purgati esse videbuntur, si infirmiores fuerint, ipsos carnibus & aliis id genus reficimus. Eadẽ ratione vtimur in iis, quę ad purgationem attinent, vbi absessus eruperint. Herba quoque piscis vocata cum axungia non salita esui data sanguinem reiicientes ac tussientes mirifice adiuuat. ℂ *Ad sputum sanguinis.* Iuuat etiam terra sigillata & trochisci de charabe, & trochisci de corallo, & theriaca data in lecto.

Ex tralatione veteri.

Ad lateris phlegmonem. CAP. 28.

Radicis corticem in potum exhibe, cuminum, quo in obsoniis vtimur, in aquam iniice & bibẽdam pbe. Aliud. Rutæ colliculos quinq; contritos quotidie dato: aut herbæ stœchadis cũ tribus digitis capi põt. Itẽ trifolii semen, aut panacis radicẽ, aut aiugã silr potui dato. ℂ *Ad pleuritidem.* Si quidẽ vsq; ad clauiculã puenerit dolor, mittẽdus sanguis est. Si vero ad præcordia descendat, corpus est purgandum, & vtendum clysteribus fortibus: si dolor fuerit moderatus, danda est aqua mulsa & ptisanæ cremor aut chondri. In processu vero morbi permiscendum sorbitioni calamentum vel marrubium: confert etiam semen vrticæ cũ melle. Ad fortiores autem dolores vtendum est facculis è milio & furfure: vel fomentis ex aqua calida aut oleo in aliqua vesica posito

Ex tralatione veteri.

Ex tralatione veteri.

Aca posito vel lana succida infusa oleo & vino habente sal. Post septimum vero diem & emplastro dicto rutaceo vtemur. Multoties autem bulbi cum axungia sufficerunt. Dandũ est et electuarium quod fit ex pineis & amygdalis amaris, & semine lini & amylo. ℂ *Vnguentumm bonum.* Recipe bdellium, costum, caulículos caulium combustos & redactos in cinerem, permisce cum adipe: hoc enim medicamentum præclare discutit.

Ad erigendas distendendasq; mammas pendulas ac flaccidas. CAP. 29.

Terram scriptoriam capiens & cum melle elixans panniculo illitam imponito à summo mane vsque ad vesperam, deinde spongiam ex olla superaddito, quoad cataplasma abduxeris: hoc autem & erectas & turgidas mammas facit. Crassius autem cataplasma imponas, si vis ipsum efficacius reddere, & gallæ acerbæ vnciam vnam admisce. ℂ *Vt mammæ plures annos molles sint.* Excicuta carystia cataplasma facito. ℂ *Vt mammæ maiores ne fiant.* Porcellum dissecans cruore mammas obline, amplius non augescent. ℂ *Ad lac siccandum.* Cretarium aceto maceratum illitum & impositum lac arefacit. {ℂ *De mammillis & primo de apostasi mammillarum.* Cimoliam, libanotidem, & oleum rosatum permisce & appone. Aliud. In principio infunde spongiam in posca tepida, & exprime, & appone, & superliga. Aliud. Palmulas & micam panis tere, permisce cum posca, & appone tepidum. Aliud. Coriandrum & psylium cum cerato appone. Aliud. Panem & herbam muralem viridem cum cerato cataplasmabis per diem. Aliud. Panem cum aqua mulsa vel melle & vino cataplasmes: si vero non tolerant grauedinem mammillæ, perfunde oleo calido & lana succida molli, vel decoctione fœnugræci, vel althęę, vel seminis lini. ℂ *Ad attrahendum lac.* Sisamum ex vino dulci da bibere. Aliud. Anethum vel semen eius coque cum carnibus, vel cum facientibus lac abundare. Aliud. Porrum coque in aqua & da bibere eius decoctionem, vel porrum tere, & cola, & da aquam bibere. Aliud. Succum fœniculi da bibere. Aliud. Radicem fœniculi & hordeum assum coque in aqua, & permisce butyrum, & da bibere. Aliud. Decoctionem hippomarathri da bibere, da etiam comedere ipsum fœniculum. Aliud. Cardamomum cum vino da bibere. Aliud. Semen agni casti da cum vino bibere. Aliud. Succum bletæ da bibere. Oportet autem abstinere ab acutis, & salsis & acidis, & oleribus crudis. ℂ *Vt mammillæ remaneant tensæ diu.* Cyminum terens cataplasma cum aqua, deinde spongiam infusam in oxycrato superappone & liga: post tres autem dies aufer cyminum, & cataplasma mãmillas cum radice lilij & melle, & dimitte tribus diebus: & hoc fac ter in mense.}

Ad fœtidos sudores, & alarum tetros odores. CAP. 30.

Asaro alas subline à balneo & summo mane quotidie aut alumine liquido perunge quotidie, aut ocymi semine ex vino & melle illinito: hoc odores fœdos alarum discutit: Aut puluerem tenuem admoue.

Ad vitio stomachi laborantes. CAP. 31.

Cedri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathum in vnum miscens sorbendum dato: id omnem dolorem funditus tollit. est autem Serãpionis, fidemq; hominum superat. Aliud. Anisum in panniculo succi plenum deligato, & in aquam calidam conijcito, & sorbere iubeto. ℂ *Ad imbecillos & nauseantes.* Mentæ colliculos duos aut tres mali punici dulcis succo atque aceto infer uefaciens sorptui dato. Aliud. Sambuci tenera folia ex munda aqua si bibantur supra fidem proficiunt. ℂ *Ad morsus ventriculi sine bilis vomitu.* Tragoriganum in aqua pari modo macerans sorbendum exhibeto lactis faciens temperaturam. ℂ *Ad stomachi imbecillitates.* Sinapi frictum ex aqua tritum & potum bene facit. ℂ *Epithema ad stomachi præcordiorumq; vitio laborantes.* Fecẽm aridam cerato myrteo, aut roseo excipe, & vtere. ℂ *Ad singultum.* Cum semel singultum sensit, digitum tuum sinistræ manus, quem salutatorium vocant, ter ore contineto: aut acetum ei sorbendum dato: aut cuminum, & alicam: aut vomat, & singultus sedabitur: aut spiritum contineat: aut sternutatione vtatur: aut rutam ex vino bibat: aut micam panis aceto madentem bibito: aut porcelli osiculum manu atterito: Singultus quoque terror incussus finit. {ℂ *Ad dolorem stomachi.* Castoreum da bibere cum oxycrato, & si est ventositas causa, coque in oleo cyminum, & semen dauci & petroselinum, & vnge: & si est frigiditas, coque in oleo baccas lauri & rutam & nigellam & semen fœniculi. In immoderatis autem doloribus fac fomentationem cum milio. Confert etiam ventosa magna in vmbilico posita. ℂ *Ad debilitatem stomachi.* Confert oleum de succo citoniorum. Aliud. Mastiches, styracis, an. partes. ij. absinthij, œnanthes, añ. partes tres: olei malini partes quatuor: vini quod sufficit: rosarum partes duas: hæc linita assume ex purpura, aut lana, & appone stomacho.

Ad choleram & vomitum, & voluulum & vomitum stercoris. CAP. 32.

Vinum olbinum in cholera ex vsu est. stomacho enim commodat, & ad ventrem bene facit. ℂ *Ad vomitum comprimendum.* Herbæ sanguinalis succo cibos inficito. Aliud. Absinthium in aqua ad tertias decoctum potui dato habitum ægroti considerans: centaurium præterea, aut thymum, aut nigras myrti baccas similiter exhibeto. ℂ *Vt facilis sit vomitus.* Sanfuci folia esui

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

esui dato. Aliud. Lixiuio percolato oras poculi oblinito. ℂ *Ad voluulum mirum auxilium, &* E *ad stercus vomentes.* Ita facito: oleum, in quo anethum decoctum sit, bibito: quoad autem elixatur: ægrotum in calidam aquam demitte, & ab olei potu calidas micas esui concedito. seruabitur * enim etiam si iam stranguletur. hoc ego principem in nostra Asia seruaui. ℂ *Ad eos, qui crebro vomunt.* Rhun & cuminum in vnum contundens da ex aceti mulsi cyathis sex vnciam in potum. ℂ *Ad cholerâ vexatos valde efficax.* Menta ex vino sumpta, si febris absit, herba quinq; folia arida trita ex vini cyathis septem, aut ex aquæ calentis cyathis duobus pota statim dolorem leuat.

Aliud. Cochlea cum testa contusa potui danda est. ℂ *Ad supprimendum vomitum.* Foliorum & capriolorum vitis succus cum polenta ieiuno in potum detur ex aqua cochlearij pondere. Aliud. Panacis obolum ex vino & oleo calido propinato.

Ad iecinoris vitia. CAP. 33.

Petroselini seminis cochlearium, menta insperſa & epota proficit. Aliud. Herba fumaria * vocata in succum soluta, & in pastillos redacta aridaq; indolentiam præbet, ter autem ex aqua pota liberat. Aliud. Lupi iecur denarij pondere ex pasi sextario exhibitum bene facit. Aliud.

Piperis albi grana nouem, & myrrhæ quod auellanæ magnitudinem æquat, omnia vnà contusa sereno cœlo alternis diebus exhibeto ter aut quater. Aliud. Equi iecur penũ cedrino F * reponito, deinde chio vino & aqua dilutum exhibeto: quibus enim iecur vlceratum est, ne amplius exedatur, efficitur. Aliud. Maluæ succus ex melle potus iecinorosis medetur. Aliud.

Hastulæ regiæ radix pota iecinoris dolores leuat. Aliud. Alba viola pota confestim iecinorosos dolore liberat. Epithema iecinorosis commodum. Laserpitiũ contusum veteri axungia comprehende, & linteolo illitum super impone. Aliud. Fico in mulsa decocto & trito absinthium contusum quamplurimum admisceto, & vtitor. Aliud. Brasica cruda superdata iocinorosis celeriter opitulatur.

Ad arquatos. CAP. 34.

Radices acanthi, quod Romani tricardumæam vocant, virides tres, aut aridas quatuor in aqua decoquito, donec dimidium relictum sit, & expressis radicibus aquam potui dato. *Ad auriginem valde efficax medicamentum, & longa experientia comprobatum.* Raphanos virides cum foliis contunde, & vnius, duorum ue succum ex vini cyatho vno exhibeto: ante balneum vero, si ieiunus fuerit, prooinato, & in calidum solium descendere iubeto, videbis enim auriginem aquæ su- *
pernatantem. quòd si contumacior ægritudo fuerit, succum bibere iubeto: aut anchusæ radicis aridæ cochlearia duo accipiens ex aquæ cyathis tribus potandam dato: aut sulfuris ignem non ex- G
perti cochlearia quatuor ex vino, aut herbæ sabinæ vnciam ex mulso. Ego sanè & hoc vtor vehementer faciente, aphronitri vncias duas in vini aminæi cyathis duobus macerans, sub diuoq; noctem integram exponens do ieiuno potandum, idq; facio per tres aut quatuor continuos dies, & sanitatem restituo. Aliud. Herbam hypericon & adianton aquæ incoctam potandam offeras. Aliud. Myricam ex aceto tritam potui da: arquatos curat. Regio morbo affectum in balneum abducens, & in solium descendere iubens iunci odorati vncias duas ex vini mulsi cyathis * tribus potui exhibe: discutiet longam auriginem, & liberabit. Aliud. Herba rubia vtere in quotidiano victu absque carne suilla, ipsam contundens & cribrans da vsque in sextum diem cochlearium vnum ex vini quatuor cochlearijs: deinde semper subtrahens dato vini cochlearia nouem, deinde septem, postea quinque, deinde quatuor, deinde tria. quòd si tricesimo die fuerint * aliquæ morbi reliquiæ, eadem exhibeto similem ordinem seruans. Aliud. Chamæmelum ex aqua potum arquatum pellit, & iecinorosis vehementer auxiliatur. Aliud. Radicula ex mel * le & lacte pota medetur. Aliud. Asselli, hoc est centipedæ sub aquarijs vasis repertæ tritæ ex mulso potæ regio morbo liberant. Aliud. Serpillum aquæ incoctum & potui datum auriginem submouet. Aliud. Sulfur ignem non expertum mensura vnius cochlearij, aut duorum H
ex vino potum arquatum curat. Aliud. Ferri ærugo cito liberat. Aliud. Capreæ stercus aridum tritum cribratum cochlearij mensura ex vini odorati cyathis quatuor ieiuno & loto exhibe: febricitantibus autem ex aqua eandem portionem. Aliud. Vrsini fellis quantum græcam fabam æquat, exhibeto, deinde aquam superbibito. Aliud. Sabinæ cyathus ex mulso potus hoc morbo liberat. Aliud. Thus aquæ incoctum propinato. Aliud. Terrestrem lumbricum tritum potui dato. Aliud. Aristolochiam ex aqua exhibeto. Aliud. Cichorij succi cyathos quatuor si biberit, sanabitur. Aliud. In medium balnei conclaue descendere iubeto, vt sudet, & egressus sanus erit. Aliud. Stercoris canini albi cochlearium ex vini optimi cyathis tribus per dies decem propinato: hoc idem ad colicos dolores & inflationes pariter proficit. Medicamentum ad morbum regium, quod in nares fundi debet. Elaterij quantum fabæ græcæ amplitudinem æquat, muliebri lacte liquatum in nares fundatur. Aliud. Nigella aquæ incocta in nares coniecta in balneo auriginem detrahit.

Ad lienosos. CAP. 35.

Rumicis agrestis radix tundatur in pila, & tritæ succus exprimatur, & per tres dies singuli cyathi

A thi bibantur. Aliud. Panacis radix contusa cochlearij mensura ieiuno ex aqua calidæ cyathis tribus exhibeatur. ℂ *Ad lienosos cum præduro tumore.* Capparis radicis corticis vnciam accipe, aceti sextarium semis, aquæ sextarium integrum decoque ad tertias: propina à cibi perfecta concoctione cyathum vnum duos ue, & hoc per interualla facito. Aliud. Hederæ foliorum aceto incoctorum & contusorum succus expressus robustis purus potui detur: sed delicatioribus, aqua dilutus: antequam bibant autem ipsos concitatius ambulare cogito. Aliud. Centaurij tenuioris, quod iam consenuerit, in pila contusi cochlearium febre carentibus dato. Aliud. Le porinus lienis recens ita deuoratus, vt ne dentibus attingatur, lienosos magnifice iuuat: ignoret autem laborans quid deuorauerit oculis fascia velatis. Idem facit & catellorum nondum visum adeptorum lienis perinde in ventriculum transmissus. Aliud. Venatorij canis catulum aridum tritum modico nardo adiecto ieiuno exhibe. Dicebat autem Marcellus id quoque ad lienosos vehementer facere, si cardamomi cochlearium vnum aut duo ex aceti scillini cyatho vno duobus ue ieiuno dentur, idq; per tres dies continuos facito. Aliud. Radices hederæ molles elixæ ex vino bibantur, aut crudæ contusæ ex vino itidem. Aliud. Asini stercus aridum aceto dissolue, & per linteolum excolatum potui dato. Aliud. Raphani succus ex oxymelite ma
B ceratus per tres dies accipiatur, singulis diebus cyathi bini: lienem attenuat. Aliud. Ferri recrementi cochlearium ex posca potui dato. Aliud. Irin longam aceto incoque, & acetum pro
* pinato. Aliud. Elcorõdani cor potui esui q; exhibeto. Aliud. Muxin ex aqua elixum, si aridus sit, succum propinato, muxin vero dicitur lingua cappadocica. Aliud. Stœchadis trifti cochlearium & vini lentiscini cyatho bibatur. Aliud. Ammoniacam guttam ex aceto tritam ieiuno exhibe cyathi mensura. Aliud. Muris lienem, & piperis grana septem in fico toreas, & clam epulanda exhibe. *Epithema ad lienosos.* Lapidem asium in vesicam bubulam conij cito, & aceto acri madefactam lieni superimponito, ipsum comminues. Aliud. Gladem, qua vnguentarij vtuntur, ex aceto maceratam, & ad cerati crassitudinem redactam imponito.

Aliud. Vulpis lienis super locum alligatus lienosos morbo liberat. Item hœdi lienis impositus lienem digerit. Aliud. Syluestris brassica, si ex ea cataplasma fiat, lienosis medetur. Aliud. Persici arboris folia eodem modo imposita bene faciunt. Aliud. Myricæ semen aceto incoctum, tritum atque superdatum iuuat. Aliud. Ammoniacam guttam aceto maceratam linteolo illitam impone. Aliud. Crocomagma aceto maceratum, & ad cerati temperaturam redactum imponito: non amouetur, quoad ex toto sanauerit. Aliud. Capparis radix curiose tri
C ta & linteolo illita ac loco imposita eodem die opem tulit. ℂ *Ad lienosos.* Radicis capparis corticem in aquæ libra, & aceti semilibra incoquito vsque ad tertias, & potandam præbe sexquiunciam. Aliud. Hederacea folia aceto inferuefacta contunde, & humorem exprime, ac robustioribus ipsum præbeto: delicatioribus autem aquam admisceto, sed prius ipse ambulato, atque ita bibito. Aliud. Capparis radicem tusam & aceto mulso incoctam ieiuno potandam præbeto. Aliud. Accipe cupressi baccas, & valide conteras, & erui farinam quamtenuissimam in acetum mitte, & vsque ad emplastri temperaturam decoque, lenicq; per triduum impone: post tertium diem solue, & emplastrum aquæ plenum inuenies. Aliud. Ammoniacam guttam in scillino aceto per triduum demersam ac læuigatam panniculo illine, atque impone, neque amoue, quoad emplastrum decidat. Aliud. Folia sycamini mori refrigerata & arefacta in vmbra terito, & aridum medicamentum facito grammariorum quatuor pondere, & cum pauco pipere & caryophyllis, & ex vino mero calido, cum descendit in balneum, potui præbeto.

Potio ad aquam inter cutem, vt ea per lotium ejiciatur, CAP. 36.

Aeris vsti quantum fabam ægyptiam æquat, fimi columbini vnciam, vini cyathos tres exhibe: esto autem vnica potio. Aliud à nobis in multis comprobatum. Tithymali characiæ vocati ra-
D dicem pro ægroti viribus esui dato: statim enim largiter aquam ducit. Aliud. Granum cnidium tusum & cribratum melle comprehende, vt sordium crassitudo fiat, & cochlearium plenum ex vini mulsi cyathis tribus & modico aquæ calidæ ad lactis temperaturam, aut ex ouo sorbili propinato: piurimum enim aquæ deijcit. Aliud. Hebuli radicum succi cyathi duo, vini tantundem in vnum misti & exhibiti liberant absque stomachi subuersione. Aliud. Graminis decoctum potui datum vrinam citat. Aliud. Solani succi cyathi quatuor, mellis cyathi sexdecim in potum sumpti benefaciunt. Aliud. Hyssopum, & hirci lotium ex passo potum vrinam mo
uet, perinde & si caprini copiam habueris. ℂ *Epithema ad hydropicos.* Hêteram crematam dili- *
genter in modum cataplasmatis impone. Aliud. Raphanos aquæ incoctos, quoad teneritate flaccescant, accipe, deinde hordeacea farina adiecta misce: decoque, & cataplasma facito.

Ad vmbilicos procidentes. CAP. 37.

Ex tralatione veteri. {Gallas combure vel tere, & permisce cum cortice thuris, & albumine oui, & appone.}

Ad tormina & ventris dolorem. CAP. 38.

Aristolochiæ radicem in vino potui dato: ad tormina, singultum, capitis dolorem, & partus difficultatem bene facit. Sternutatio ad tormina & omnia interna vitia proficit. Aliud. Lych-

nitidis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

nitidis herbæ radix lota, dulci vino incocta deinde percolata & pota magnifice prodest: sin minus autem, cibis tuis adijce modicum caliæ & olyræ non contusæ. ℂ *Ad tormina intestinorum & ventris.* Cumini fricti & contriti cochlearium vnum duoue ex aquæ cyathis tribus potandum est, & aduersus inflationes acetum feruefacito ac refrigerato: postea apij semen tusum admisceto, ac iterum acetum feruefacito, ex eoq; potionem dato. Aliud. Irionem herbam ex aqua tritam potandam dato. Aliud. Ex lampro, quod satis est, tritum ex aceto ieiuno exhibe.

Aliud. Laurum commanducans ieiunus succum deuorato: partem commanducatam vmbilico imponito: illico tormina finientur. ℂ *Medicamentum ano immittendum alui purgatorium.* In fel tauri lanæ hapsum intingito, anoq; immittito. Aliud. Gallicum saponem lana inuolutum submittito, aut liquidum alumen potius. ℂ *Ad intestinorum tormina.* Lentem teneram contusam cum rubi radice elixam imponito, ac esui dato. Aliud. Flores mali punicæ domesticæ acido lacti incoctos contere, & oleum eodem modo infunde, & edendos appone. Aliud. In milium contusum elixum, vitulinum adipem infunde, & quampinguissimum calidissimumq; sorbendum exhibe: postea gelidissimam aquam sorbeto & confestim erit incolumis. Aliud. Gallæ interiorem partem tritam ac læuigatam accipito, farinaq; admista & oui albo pastillos effingito, atque assos frangito, vinoq; non salito madefacito, & esui dato. ℂ *Medicamentum ad torminosos, ventriculosos, & læuore intestinorum laborantes, quod per linctum accipitur.* Laserpitij ramenta melli commiscens linctui dato. Aliud. Ouum, mel, vinum, mali punici putamina pari portione in vnum miscens frigito, & piperis modicum inspergito, ac potionem dato: vehementer facit. Aliud. Oua tria accipiens in aceto conijcito, ac ita per triduum macerari sinito: deinde similaginis modicum capiens cum tribus ouis subigito: mox assans, & meraco vino madefaciens exhibeto.

Potiones ad torminosos & ventriculosos & læuorem intestinorum. Vinum astringens, cui rhus obsoniorum vsq; ad tertias incoctus sit, potandum iubeto, quibus ventriculus male se habet. Aliud. Vinum austerum, cui galla incocta sit, illi potui pro viribus concedito, quorum ventriculus fluctione vexatur. ℂ *Ad tortiones & dolores ventris.* Da cyminum mastichare, & transglutire. Aliud. Charthamum & fœnugræcum tere, & coque, & da decoctionem bibendam. Aliud. Baccas lauri siccas & excortícatas tere, & da bibere cochlearia nouem. Aliud. Serpyllum terens da cum vino bibere. Aliud. Decoctionem sampsuci da cum vino bibere. Aliud. Eringij radicem da cum vino bibere, vel decoctionem spicæ vel castoreum. *Ad colicam.* Spolium serpentis in vase æneo frigens cum oleo quousque comburatur, dissolue ipsum in illo oleo, & vnge ex eo cum tuo digito. }

Ex tralatione veteri.

Ad ventris profluuium. CAP. 39.

Callitrichi ex aqua decoctum potui dato. Aliud. Stœbẽ, qua ad testacea vasa vti solent, spinis asperam, in pila contundito, & aquæ incoquito: & aquam in dolore ventris absq; vino propinato, cum febrim habent: cum febre vacant, vinum commisceto. Aliud. Nucum putamen, quod nucleos includit, tritum ex aqua potui dato cochleariorum trium mensura. Aliud. Cornu ceruinum mollius vstum cum gallæ pari portione in potum dato. Aliud. Rumicis semen contritum & potioni cibo ue insperfum optime facit. Aliud. Nucum internum illud, quod instar columellæ est, & capitum papaueris, quod veluti operculum est, pari portione ex vino exhibeantur. Aliud. Quernas glandes contusas et diutius cribratas, vt polentam in vinum austerum spargito, potionemq; concedito. Aliud. Carabi testas frictas & tritas ex aqua porrigito. Aliud. Struthocameli ventriculus & aliarum auium similiter cochleariorum duum mensura ex vino potus febri absente, præsente vero, ex aqua. Aliud. Thuris grummis fabæ magnitudinis in vini nigri cyatho vno, solani succi cyathis duobus eliquatus in potum detur. Aliud. Gummi albi cõtusi vnciam ex vini nigri cyathis sex bibito: ad idem ano impositum facit. Aliud. Cochleam aphricanam sumens in eam liquidam picem infunde, & calefactæ carnem exime, & in anum bis aut ter immitte. Aliud. Serpentis senium, hoc est spolium, in vase æneo ex oleo frigens, quoad in carbonem vertatur, cõtere, & digito in oleum intincto anum perunge. Aliud. Herba sacra inferius foueto, aquam ne attingito. Aliud. Beta ex aceto contusa, & cataplasmatis more à superioribus ad inferiora vsque imposita torminosis magnifice prodest. Aliud. Coruorum ossa contusa ventri illinito. ℂ *Ad dolores torminosorum.* Malum coroneum assum cum cerati rosei pari portione impositum illico dolorem leuat.

Ad laxioris intestini, quod colon vocant, dolores. CAP. 40.

Ostreorum testæ cremata & tritæ potui dentur, duarum ligularum modus sit ex calentis aquæ cyathis tribus. Aliud. Thymum cretense aquæ vsque ad tertias incoctum ex attico melle propinetur. Aliud. Sacram radicem tenuem in aquam mitte, & ad dimidias elixa, decoctum per quinque dies potui detur, & morbo liberat: hoc in multis probatum est. Aliud. Viridis menta elixa per triduum exhibeatur, & nunquam dolebit. Aliud. Lauri summitates teneræ ligneæ esæ per triduum liberant: ollula vero, vbi menta incocta sit, caue ne per triduum illud terram attingat. ℂ *Ad interseptum.* Fraxini ligni ramentorum cyathus triduum potui datus sanitatem

Atatem restituit. Aliud ad multa faciens. Cucurbitulam syluestrem alexandrinam excauatam non ferro, & expurgatam in vini Coi sextarium mitte, & feruefacito, vinũ postea ad temperatum calorem reuersum bibito, & deambulato: & dolore solutus erit. Detrahit multa excrementa hæc potio, salem autem, ne nauseet, ore contineto: bene facit & ad coxendicis dolores. ℂ *Medicamentum ad coli dolores ano immittendum.* Opium hispanum lactuca excipe, & in pessum redactum sedi immitte. Aliud. Allij nucleolum lixiuio calefactum ex inferiore parte indito, & arido stercore detracto sanescet. Aliud. Si coli dolore tentatus dormientem canem expergefecerit, & in locum, vbi canis dormiebat, meierit, statim dolore leuabitur, & canis morietur. ℂ *Remedium colicis & inflatis exterius imponendum.* Cerato ligustrino laserpitium comprehende, & impone, ego vero & modicum castorei admisceo, & efficacius redditur. ℂ *Ad tormina.* Græcum cuminum manducato ac deuorato. Aliud. Cnici contusi & fœnigræci elixi succum potui offer. Aliud. Pectinem in aqua calida madefactum & ablutum propina. Aliud. Baccarum lauri aridarum cortícis cochlearia nouem in potum dato. ℂ *Ad omnes intestinos dolores.* Ex intestinis dolenti si quis pedes lauerit, & ex aqua ea potui dederit, dolor confestim euanescet.

Ad intestinorum scissuram. CAP. 41.

Ægyptiæ spinæ radicem & carnes hœdi capræ ue cum pilis & corio capiens tento, & similaginí commistas cæpas vino temperatas potionem facito: eadem radix & phlegmone pulmonum laborantibus in potu auxiliatur: eadem suspensa tertiana febri & quotidiana liberat, & ex oleo pota vulneribus medetur.

Ad renum & coxendicum dolores. CAP. 42.

Ex tralatione veteri.

Recipe farinam iridis & acetum potens, & permisce eis resinam pini & lupinos & pyrethrum, & terebinthinam & sulfur & nitrum & baccas lauri, & miscens omnia cum melle appone. }

ℂ *Ad coxendicis dolores purgatorium.* Tithymalli succi guttas quinque in ficum instillato, & esui dato, purgat.

Medicamenta, quæ exterius imposita aluum ducunt. CAP. 43.

Granum cnidium cortice liberatum cerato comprehende, & ventri puerorum super vmbilicum imponito. Aliud. Felle tauri vmbilicum perungito. Aliud. Suillus talus vstus tritusq; ex aqua potui detur. Aliud. Herbam anthemin, hoc est, chamæmalum ex oleo terito & inungito, statim dolor finietur. Aliud. Reticulum, cuiusmodi volueris, de mulieris capite de tractum capiti laborantis imponito, sanitatem ei restitues: melius fuerit autem, si prius calefactum reticulum imposueris. Aliud. Coriandrum vstum, oleo maceratum vmbilico superimponito, & lana contegito.

Ad vrinæ difficultatem & calculos. CAP. 44.

Scorpij vsti edantur, illis autem qui forsitan abhorrerent, cum adipe misti, tostiq; clam & citra suspicionem exhibeantur: mirifice prosunt. Calculus etiam per vrinam redditus oliuæ nucleo similis cõtritus & igne candens, si bibatur, eos, qui in vesica sunt, calculos exterit. Felis iecur vstum tritumq; ita, vt bibi possit, calculosis remedio est. Iaspis quoq; lapillus potui datus vesicæ calculos dissipat. Aliud. Vmbilici veneris radix elixa & trita vnciæ pondere in diem ex diluto vino bibatur, ad renum calculos vehementer proficit. Aliud. Succi vuæ immaturæ, & rufæ hederæ corymborum par modus ex albo vino teratur, fucco illinito mictus difficultate male habitos. ℂ *Medicamen exterius calculosis imponendum.* Vrina reddita butyro veteri remollito penem oblinito, & cubitum eunti lana apponatur per triduum. ℂ *Epithema vrinam proritans.* Calamintham cum aceto & pipere cerato colligito, & vmbilico superdato. Aliud. In sansuci decocto desideat. Aliud. Herbam perdicion, id est parietariam oleo incoctam super locum vesicæ imponito, illico vrina decurret. ℂ *Ad calculosas.* Montana trifago mulsæ incocta potanda offeratur. Hoc remedio Samius Priscus vtebatur. Aliud. Albæ hederæ corymbi ex vino poti lapillos confringunt. Aliud. Salicis folia tusa ex vino austero tantisper accipiantur, dum sanitas restituatur. ℂ *Ad eos qui inuoluntariæ vrinam reddunt.* Galli guttur vstum ligulæ mensura ieiuno ex aqua propinato. Aliud. Leucanthemi flores septem tritos ex aqua potui dato. Aliud. Leporis testiculum aridum minutatim concisum ex vino odorato potandum offer. Aliud. Cimices tres contusos ex vino austero propinato per nouem dies. Aliud. Calamintham & myrrham ex aqua ante cœnam potui dato. Aliud. Anserinas linguas per triduum quoque die vna, edendas appone. Aliud. Rutæ syluaticæ semen per triduum esui dato. Aliud. Ipsius penis cimolia ex muralis herbæ succo oblinatur. ℂ *Ad difficultatem mingendi.* Rhun & corymbos hederæ rubeæ tere ex vino albo, & vnge partes quæ sunt sub vmbilico patientium dysuriam. ℂ *Ad sistendum exuberantiam vrinationis.* Accipe pelliculas quæ sunt in ventre gallinarum, & sicca in sole: & recipe ex eis drachmam vnam è thure masculo & glande sicca & balaustijs & gala, ana, drach. iij. tere & da ex eis ieiuno cum melle rosato & aqua frigida.

Ex tralatione veteri.

Ad fœminarum vitia, & primo ad conceptum. CAP. 45.

Caricas ieiuna cum oleæ folijs edito. Aliud. Ruminantis pecudis spumam digito sumens ex vino

ex vino in potum exhibe. Aliud. Nasturtium tritum ex aceto per quatriduum edito, post- E
quam corpus mundatum fuerit. Aliud. Vulpinum stercus in pesso apponatur, & loci mulie-
bres sublinantur, atque ita venere vtatur. Aliud. Artemisiam tritam apponito, inūge autem
muliebre pudendum gummi, cum à purgatione menstrua tertius fuerit dies, & concipiet. ℂ *Vt*
mulier marem generet. Alba fascia pueili dextrum pedem ligato, & coeat. ℂ *Vt fœminam.* Ni-
gra fascia sinistrum pedem. ℂ *Vt mas concipiatur.* Anserino adipe & resina terebinthi loci per-
ungantur per biduum, tertio die cum viro coniungatur, & marem concipiet. ℂ *Vt mas gignatur.*
Vir sinistro teste ligato venere vtatur: Vt fœmina dextro. {ℂ *Ad conceptionem.* Matricem Ex tralatione veteri.
leporis sicca & tere, & da bibere quando fuerit à menstruis purgata. ℂ *Ad difficultatem partus.*
Chamæpyteos & asphaltum pone super carbones, & suffumiga, vel appone. ℂ *Ad extrahendum*
fœtum mortuum. Fellis tauri quantitatem amygdalæ dissoluēs in vino lymphato da cochlearia. iij.
bibere, & emittet confestim. Aliud. Lycium crudum trito caule iunge cum cedria, & calefa-
cias, & da bibere ieiuno. Aliud. Artemisiam coque in melicrato & da bibere. Aliud. Su-
per lapidem quem mordet canis quando proijcitur in eum, positum in solo transeat mulier, quæ
patitur difficultatem partus. ℂ *Ad educendum menstrua.* Prasium, nepitam, rutā, corticem, cel-
si, ana, drach. iij. coque in vino aut aqua, & da bibere. Aliud. De aqua qua dissoluitur fermen- F
tum vetus quando fit panis, da bibere. ℂ *Ad dolores matricis.* Pæoniæ radicem da bibere vel ra-
dicem iridis, vel seminis pæoniæ granula. xv. vel polycariæ aut vrticę succum appone, vel folia me
lissæ cocta in vino. Aliud. Recipe rutam viridem, & tere, & cum butyro & adipe porci fac vn
guentum. *Vt mulier corrupta appareat virgo.* Recipe gallarum immaturarum, ligustri, xylocasię,
rosarum siccarum, piperis albi, grani gnidij, ana, hexagium vnum, tere, & prælauata matrice appo-
nat ista: confert autem & semen lapathij acuti tritum & appositum.}

Notæ maris & fœminæ in vtero. CAP. 46.

Apium inscia muliere super caput imposito, quodq; primum voce protulerit, aut marem, aut
fœminam, illud pariet. incorruptæ veritatis hoc signum est. Aliud. Grauidæ mulieris vrinam
accipiens duas foueolas facito, in vnam hordeum, in alteram triticum conijcito, deinde vrina con
spergito, atque ita demum terram superiacito, si prius triticum expullulauerit, mas parietur, sin
vero hordeum, fœmina.

Vt fœtus retineatur. CAP. 47.

Lapis aetites appendatur. Fœtum quoque & lapis ille retinet, qui in piraſtro adnatus inhære- *
scit. iste similiter pensilis gestetur. Et maluæ agrestis radix, quam epiboscon nominant, appēsa. G
Sardonius etiam lapis retinet fœtus vsque in finem: ventri autem eum deligare oportet. Est
herba quoque sideritis, cuius appensu fœtus custodiuntur.

Vt partus acceleretur. CAP. 48.

Bulbi amari triti ex vino dulci potui dentur: illico pariet. Aliud. Dictamum ex vino, aut
aqua propinatum idem facit. Aliud. Suillum lac ex melle bibitum. Aliud. Galbanum
ex aqua tritum, potumq; confestim educit fœtum. ℂ *Suffitus ad ægre parientes.* Aiuga super car *
bones posita, aut bituminis, quo fabri ferrarij vtuntur, duplum carbonibus iniectum mirifice pro-
dest. Aliud. Pulegij fasciculum in aquam calidam mittito, in eaq; mulierem desidere iubeto,
ipsiq; in aurem dicito, chu, ca, mi, dus. Aliud. Oleum manibus continens eius ilia perfricato,
atq; ita dicito. secundæ sistite corpus, vbi præceperit vobis magna Dei genitrix.

Ad lac creandum. CAP. 49.

Raphanos cum tritico, vino incoctos percola, & vinum potui offeras. Aliud. Aquam cui
furfures cum fœniculi radicibus incoctæ sint, propinato. Aliud. Mulsæ nigellam permistam
habentis vncia bibatur. Aliud. Mulsa hederæ folia contusa habens potui detur.

Ad lac resiccandum. CAP. 50. H

Aqua maris foueto, & astringere, siccareq; valentia superimponito. Aliud. Muriam cali-
dam spongijs exprimens, & thuris puluisculum inspergens deligato, & chartas eodem modo.
ℂ *Quòd si mammæ duræ inflammataq; fuerint.* Lini semine aceto mulso incocto illine, aut fœno-
græco similiter elixo, aut sesamo non loto refrigerato, trito, & melli admisto, aut ex ficis cataplasma
facito. Aliud. Cuminum tritum mulso temperatum ad cerati crassitudinem linteolo illitum
impone. ℂ *Potio fœtum mortuum, aut non ritu naturali exeuntem eijciens.* Fellis tauri quantum est
amygdalum, vini veteris diluti ligulis duabus temperatum potandum offeras: statim fœtum ex-
cludit. Aliud. Ouum crudum cedri lachryma illinito, calefacito, & ieiunæ sorbendum dato.
Aliud. Mulsam artemisiam incoctam habentem propinato. Aliud. Lapis phœnicites vo
catus illitu fœtum detrahit. Item lapis demorsus à cane fœtum adhuc imperfectum euocat, si præ-
gnans mulier super ipsum transeat, nam quod in ventre est, valde cito expellit.

Vt cognoscatur, mulier an abortum fecerit, & ad abortiendum, & fœtum mortuum
ac menses ducendos. CAP. 51.

Mammæ gracilescentes abortum significant. ℂ *Cataplasma ad abortum impellens.* Vitię mun-
dæ cyathi

A dæ cyathi duo in ollula ex aceto decoquātur, cum ad dimidium consumptum fuerit, aloes vncia
adijciatur, vt malagmatis instar reddatur: deinde illinito ab vmbilico ad pectinē vsq; adalligato.
ℂ *Cataplasma ad necandum fœtum citra noxam vllamque suspicionis notā.* Cupressi foliorum partē aqua
elixam curiose terito ad malagmatis temperaturā, atq; vmbilico & abdomini imponito, fasciaq;
deligato: deinde supinā iacere iubeto, aut in sella sedere, qua in partu mulieres vti solēt, & sopita
sine dolore fœtū emittet. ℂ *Medicamen discriminis expers, vt trimestris, aut quadrimestris fœtus eijciatur.*
Opopanacis obolū accipe, & collyrium fac, & locis muliebribus submitte: tutū est, atq; in multis
expertum. Aliud. Radiculā tritā melle exceptā pessis illine paruis, & eos mulieris genitalibus
impone: educit hoc secundas & mēstrua purgamēta. Aliud. Artemisiæ folia teras ex roseo, &
sordium crassitudinē faciens appone: mēses citat. Aliud Caricas duas & semissem, nitri obolū
accipe, pessum facito, & submitte. Aliud. Artemisiā tritā impone. Aliud. Rutæ agrestis se-
men immitte. Aliud. Galatites lapis suffitus nō purgatis mulieribus menses ducit. ℂ *Ad mu-*
lierē, quæ à partu nō purgetur. Ari semē tritū ex vino albo ieiuna bibito. ℂ *Ad pallorē mulieris à partu.*
Panacis radices cōtusæ ex dulci vino à ieiuna potę pallorē discutiunt. Aliud. Flores mali puni-
cæ domesticæ odorato oleo incocti potui dentur. {Accipe fœcem vini antiqui & radicem lilij, Ex tralatione ac veteri
B & allia, & lenias, & vnge faciem vespere, & mane laua: & hoc quousq; facies rubeāt.}

Ad ventris, mammarum, femorum, coxendicumque scissuras. CAP. 52.

Marinam cochleā oblongā cremato & conterito, deinde ouī albo, aut asinino lacte adiecto il-
linito. Aliud. Lapidē, qui diaphanes, hoc est perspicuus vocatur, cōtere, cōtritumq; in ingressu
balnei, anteq; inungaſ, illinito, vicesimo die scissuræ euanescent. ℂ *Ad sudores ventris, præcordiorū,*
femorumque à partu. Cimoliæ & pulueris thuris (mānam vocāt) par modus ouī albo exceptus cū
liguſtrino cerato illinatur. ℂ *Ad inflationes in coxendicibus.* Panis medullā & melanteriā vnà subi
gito, & imponito, bene facit. ℂ *Ad prominentes vmbilicos.* Gallas vstas tritasq; ex aqua supdato.
∴ ℂ *Vt vmbilicus à partu magnus ac elegans fiat.* Operculum vrcei chartaceū sumēs pāniculo inuolue,
deinde thuris puluisculū ouī albo cōprehendens illine, & in vmbilicū mitte, tenaciterq; alligato.

Ad vteri strangulatus. CAP. 53.

Testudinis terrestris iecur tritū in pesso naturalibus imponito. ℂ *Potio ad vteri dolorem.* Lepo-
ris cor aridum, & in ramenta cōcisum potui detur. ℂ *Ad tormina vteri à partu corruptiones, & stran-*
* *gulatus.* Leptosphæros. i. tenues orbes accipito oboli semissem, (oresinema vocant) tribus digi-
tis, & ex dulci bibito. ℂ *Ad vteri dolores.* Mali punicæ dulcis radicem ex vino propinato.
C ℂ *Ad vteri duritias.* Cuminum tritum & rutæ folia pice liquida excepta, & butyro in pesso ex la-
na facto impone. ℂ *Potio ad mulieres ex vtero laborantes.* Castoreum cum aniso propina. Alia.
Cuminum tritum, & nigellæ semissum ex aceto mulso propina.

Potio ad mulierem profluuium. CAP. 54.

Peucedani radicis & cupressi baccarum pares portiones ex vino albo potentur. Alia. Vuæ
nigræ acinorum arida semina ex vino nigro austero potui dentur. Alia. Hædi coagulū acerri-
mo aceto maceratū ieiuno propinato. Alia. Corallium ex nigro vino dato, & confestim suppri
∴ metur profluuiū. Alia. Ferulæ cinerem, & papaueris lixiuium ex aqua pauxillū exhibeto: q si
largius effluat, spongiæ cōbustæ drach. iiii. exhibeto. Alia. Cornu ceruinū vstum potui dato.
ℂ *Medicamenta naturalibus imponenda.* Malum punicum in lana more cataplasmatis appone. Aut
mali punici coria elixa in lanaq; trita in pesso apponenda sunt. Aliud. Gallę interiora & thuris
tantundem in pesso accipiens ex aqua appone. Aliud. Pulegium tritum lana mūda cōprehen-
∴ dens naturalibus impone. Opitulatur etiam spongia feruenti aceto madida, & mediocriter ex-
pressa: femorum præterea coitio, extremorum deligatio, atq; in caput decubitus.

Vt ne mulierum naturalia in concubitu humescant. CAP. 55.

D Gallæ imaturæ grana quatuor, cinerulæ, qua in oculorū vitiis vti cōsueuerūt myſtra duo teri-
to, in vnū misceto, & in vitreo vase reponito, ex hoc myſtrū sumens veteri vino dilutū eo primis
diebus nupta naturalia sublinat, ac per totā vitā locorū illorū humiditatē nō percipiet. Aliud.
Gallas per octo dies in aqua macerato, deinde lanā mollē sulfure suffumigatā aqua illa made facio,
& nō expressam siccescere sinito, ex lana pessum faciēs naturalibus imittito: in cōgressu vene-
reo virgo putabitur: deinde lanā tollito, exiccatoq;, atq; iterū, si lubet, vtitor. Aliud. Acuti ru-
micis semē tritū submittendū exhibeto, & nō differēt a virgine. Aliud. Gallas cōtusas in aquā
demitte, ex qua subluātur mulierū naturalia, angustiora. n. reddētur. Aliud. Pāniculos tenues
in aquā alumē liquatū habētē demergito, & exiccato: deinde q̄drati iūci, casiæ, gallarū, singulorū
partē modū ex vino veteri cōterito, donec mellis crassitudo fiat: in hoc pāniculos made faciēs re-
siccato, vtq; imponāt, cōcedito, atq; ita p duas horas retincāt, vel prout reqrit necessitas, & cū ve-
nere vti volēt, eximāt. Aliud. Melle & nitro vsq; ad pubē naturalia oblinito, atq; ita cōcūbito.

Vt ne cui penis arrigi possit. CAP. 56.

∴ Buccinū vstā lotio bouis tomi extinguito: hoc in cibis, aut potionibus, vtitor: quod remanet,
* in vase reponito. Aliud. Paruulū lignū appēdito & desinit. Aliud. Acutus iūcus impositus,
vt in figurā cyrici redactus illius, qui cito semē excernit, sub stragulis vestibus positus impetū in
venerē cohibet. Aliud. Coriādrū aut pulegiū si frequētius edatur, penē flaccidū reddit. Aliud.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Fel torpedinis siquis potui det, genitale mẽbrũ minime rigebit. Aliud. Lucernę sponte extinctæ scintillã adhuc viuã si in poculũ conieceris, & potui dederis, per totam noctẽ penis arrigi nõ poterit. ¶ *Ad erectionem pudendi.* Pudendũ intendũt & mouẽt ad coitũ ista, nucũ pinearũ, piperis, petroselini, scobis pudẽdi ceruini aridi, terebinthinæ, singulorũ partes æquales, excipe melle, & ex vino bibẽdas prębe. Aliud. Cicerũ crudorũ, nucũ pinearũ singulorũ partes duas, seminũ erucę, piperis albi, singulorũ partẽ vnã, mellis quod sufficit, da cũ vino. Aliud. Vnge pudendũ melle anteq̃ coeas. Aliud. Semen erucę bibendũ exhibe cum melle. Aliud. Succi erucæ cyathos. ij. cũ pipere albo quod suflicit, da tribus diebus de tertio in tertiũ: vel succi erucę & piperis albi da cochlear vnum ieiuno. Confert etiã testa marini erinacei bibita, & lac bouinũ bibitum. Aliud. Polygonij semen & carnẽ piscium fluuialiũ siccã terens bibendã prębe, tensionẽ enim facit. Similiter semen portulacę coctũ cũ lacte bouino mire prodest: itẽ oua perdicis si comedãtur. Aliud. Semen porri cũ vino nõ lymphato bibẽdũ exhibe. Aliud. Succus polygonij bibitus facit prõptiores ad coitũ. Aliud. Aquã in qua extinguit ferrũ bibe cũ vino. Aliud. Testiculi vulpis sicci bibe cochlear vnum. Aliud. Expressionẽ radicis asphodeli da bibendã. Aliud. Quando taurus postq̃ coiuerit minxerit terrã cõmisce, & luto quod fit ex vrina, vnge pudendũ. Aliud. Stercore bouis recenti vnge pudẽdum. Aliud. Cocon gnidium, hoc est oleastellum tere, & permisce cum oleo rosato, & vnge. Aliud. Succo verbenacę vnge pudendum.

Ad somnum conciliandum. CAP. 57.

Lauri folia inscripta capiti clanculum subijcito, nominans concophon brachereon.

Ad eos, qui coire nequeunt. CAP. 57.

Scammoniam ex aqua illinito.

¶ *Ad morsum venenosorum animalium.* CAP. 59.

Ad morsum venenosorum animalium fraxini folia tere, & ex succo da cochlearia tria non febricitantibus cum tribus cyathis vini. Aliud. Cortícem arboris glãdis, vel erucã quæ in oleribus nascitur, vel chamępityn, vel allium. vnum ex his terens da cum vino non lymphato ieiuno bibẽdũ. Aliud. Sanguis anatis aduersaꝰ oĩbus venenosis & mortiferis: hoc idẽ etiã faciunt carnes gallinę nouiter occisæ si morsibus imponantur: obsistunt. n. oĩbus venenosis, & curãt prętер aspidis morsum. Aliud. Rutã da cum vino bibere. Aliud. Cerebrum gallinę bibitum iuuat.

¶ *Inunctio ad morsus viperæ.* Chalbanũ cum cyprino vnge. Aliud. Serpyllũ cum aceto similiter inunge. ¶ *Suffumigia fugantia venenosa animalia.* Pyrethrũ & sulfur incende, & fugient. Aliud. Cornu cerui & eius pinguedo idẽ facit: Pellis etiam & pedes dextri si infigant portæ, prohibent ingressum cuiuslibet venenosi. Aliud. Pulmo asini si fumigetur, omne venenosum fugat.

¶ *Vt vipera non mordeat.* Draconteam tere & vnge manũ, & nõ mordeberis. Fructus vero ipsius herbę tritus cum aqua & positus in aquis peregrinantiũ fugat eas. Aliud. Ex succo solatri vnge manus. ¶ *Epithema in morsis à vipera.* Viperę caput abscindens applica partem sanguinolentam loco demorso, liga: & dimitte sic. ¶ *Fomentum ad morsum viperæ & muris araneí.* Trifolium bituminosum coque: & decocto calido locũ demorsum foue. Nullus autẽ fomento illo vtatur qui non patitur: transit enim affectus in eum vt putet se à vipera vel araneo mure commorsum.

Ex tralatione veteri.

Ex tralatione veteri.

LIBER TERTIVS DE MEDICAMENTIS, QVAE AD MANVM SVNT.

GALENO ASCRIPTVS.

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

CENSVRA.

Liber ordine ac iudicio carens.

De gurgulionis, quæ & vua dicitur, vitijs curandis. I.



Vrgulionem male habitũ ita sanè curare poteris. initio phlegmones victus modicus & boni succi esto, sorbitiones & gargarizationes ex mulso fiãt, aut mulsa aut sapa tepida, aut ex aceto mulso, quod gargarizetur solũ & effundatur, & ne deuoretur: manducet autẽ pyrethrũ, aut piper, aut vua taminea, quã & staphida agrian vocant: hęc trita cũ nitro & sale, palato columellęq; affricta, phlegmonẽ dissipat: exterius aũt hęc eadẽ ipposita, & alia similr calefaciẽtia & phlegmonẽ mitigãtia, & dolorẽ leuãtia, epithemata vero & cataplasmata idonea sunt.

Ad pendentem columellam.

Hyssopi radicem & caricarum succum vnà misceto, & gargarizato: perinde & ad tonsillas ac columellam vnà feruefacieris palmulas & lentem gargarizato.

Vt sine

A *Vt sine siti diu quis conseruetur.* 2.

Dulcis radicis succus potui det, aut portulacę cyathũ deuorato. Aliud. Anesorũ pondo vncia, dulcis radicis succi pondo vnciæ duæ, tragacanthę madefactę pondo tantũdẽ, cõficito pastillos, & in vmbra siccato, ex his vnũ sub lingua cõtineto, & succũ descendere pmittito, & nõ sities.

Ad grauem auditum & surditatem. 3.

Caprinũ fel recens cum pari portione mellis ad carbones decocti mistũ tepidum in aurem instillato. Aliud. Leporis fel recens cum pari mellis portione mistũ & in cepæ corio tepefactum in aurem mitte: hoc enim remediũ ei, qui vel nihil audiat, auditum restituit. Aliud. Suis mansueti fel pari mellis ad carbones cocti portioni admistũ tepidum infunde, aut scillę succũ & rosaceum miscens vtere. Aliud. Eruí succum instillato, & stupã rosaceo imbutã superimponito.

Ad cœliacos, hoc est ventriculosos. 4.

Myrteas baccas virides, rosas aridas, malicoria, flores mali punicę syluestris, gallas q̃q; mulso vino subigẽs in ventriculũ mitte: aut fabę cortices vino inferuefactas p clysteriũ injice: aut lentis decoctę, aut oryzę, nõ purgatę, aut sideritidis herbę succũ tepidũ perinde p clysteriũ imitte: item & acacię succũ p inferiores partes in vẽtrẽ da, aut cerusam & argẽti spumã ex melle & vino tritã.

B *Ad ventris tormina.* 5.

Cuminum ex melle esui dato, & profectum miraberis: aut calami radicẽ ex vino calicis vnius mensura propinato.

Ad supprimendum alui profluuium.

Aquam origanum incoctum habentem propinato. Aliud. Sepiæ testam & capillamenta cremata ex vino veteri potui offerto, aut rubi fructus cum folijs ad tertias decoctam propinato. Aliud. Cuminum græcum & gallam non tritam cremato, & ex vino veteri potui dato cum ad tertias redactum fuerit: id facito per triduum.

Ad eminentias internas scissuras, ficosque in sede. 6.

∴ Auripigmenti fissi pondo vncias tres, quernæ cariei pondo vncias quatuor, ex omnibus in vnum tritis aridum medicamentum componito: ita vero vtitor, locum prius vrina pueri venerem non experti subluito, deinde inspergito.

Ad eminentias, quæ intus foris̃que in ano sunt.

Laserpitij radicem tusam tritamq; superdato.

Aridum medicamentum ad exesas gingiuas, dentesque labantes. 7.

C Mastiches pondo vnciã, thuris pondo vncias duas, myrrhæ, rosarũ aridarũ vtriusq; pondo vncias tres, sarcocollæ, gallarũ vtriusq; põdo vncias quatuor, oĩa in vnũ cõtere, & gingiuas cõsperge, quas prius fedi, aut myrti, aut lentisci, aut viticis, aut oleæ foliorum decocto tepido colluerís.

Ad dentium dolorem. 8.

∴ Aceto, cui hyssopum, aut origanum incocta sint, foueto. aut pyrethrum, piper, & zemma, & mastichen paribus portionibus commanducanda exhibeto. Aliud. Vuæ tamineæ acinos quatuor, mastiches micas vel grana octo manducari iubeto.

Ad dentes ob ictum decidentes.

* Oleo vuulas passas incoctas habente locum foue, deinde aceto, dolore videlicet exacerbato: triduo interposito iterum repete, atq; ita dentes renascentur.

Ad corrosas gingiuas. 9.

Aristolochia ex melle contrita gingiuas conspergito: aut ceruinum cornu exustum, donec albescat, & cerusam, & argenti spumam, & nardum, & pumicem cerato comprehende, et illine: aut testudinis crematam testam ex oleo tritam in gingiuam instillato. Aliud. Erucæ semen cum succo, & capræ fel cum melle, aut nigellam itidem cum melle illinito.

D *Ad oculorum varia vitia.* 10.

Caprina medulla oblinito, & sanabis: aut caprinam, ouillamúe adipem calida aqua madẽtem imponito: aut lini seminis succo, aut muliebri lacte madefacito.

Ad albugines oculorum, Græci leucomata vocant, & cicatrices veteres paucissimis diebus curandas remedium, quod etiam visum mirifice exacuit.

∴ Aeruginis rasæ vncias quatuor accipe, ammoniacæ guttæ tantundem, ceruse vncias duas, gũmi vnciam vnam. Liquidum autem medicamen esto, cucumeris agrestis radicis succus. Aliud. Lauri baccarum mundatarum & tritarum, gummi, quantum satis sit, permisce & fiant collyria, quando vti voles terito, & ex pueri venerem non experti vrina illinito: probatum est.

* *Ad ægilopas, hoc est fistulas oculorum.*

Fimi columbini aridi drach. iiij. accipe, & cum masculo thure tritas inspergito: expertum est.

Ad albugines comprobatum, multos enim iuuit.

Perdicis masculi felle ex melle illinito. Aliud. Ladani vncias duas terito, ex vino optimo, & oleo, quantum satis erit, illinito.

Ad suffusionem admirabile, quod illico visum restituit.

Muris sanguinem, & galli fel, & muliebre lac æquis ponderibus misce, & bene subactis vtere: probatum est enim, & magnifice profuit.

Aliud ad inueteraſcentes ſuffuſiones, hebetem viſum, & ad omnia, quæ oculis tenebras offundunt. E

Baccas lauri cortice liberatas numero decẽ, gũmi drach.ij. ex aqua pluuiatili collyria facito, & illine: ſuffuſos quidem ex vrina pueri venerẽ non experti, cæcutientes autem ex aqua pluuiatili.

Ad oculorum dolores, & vigilias.

Mulſam inſtillato, & ouum prius coctum, putamine mundatum in duas portiones ſecato, & ſuper oculum deligato, & ſomno occupabitur.

Ad carbunculos oculorum totiuſq; corporis.

Herbam muralem cum panis micis poſca prius madefactis tritam adhibeto.

Ad acuendum viſum.

Fœniculi caule trito ex melle in nouo alueari facto, & ſuper carbones cocto illinito.

De ordeolis in palpebris enatis.

Acacia ex vino vtere. *Ad fluctiones oculorum.*

Oculis fluctione laborantibus initio quidem cibus modicus conuenit, aquæ potus, à venere abſtinentia, & aluus ducatur, primumq; multa frigida modico aceti permiſto aſſidue faciem lauet, & in lectulo olfaciat: puluerem, fumum, lucernæ ſoliſq; ſplendorẽ deuitet: deinde roſas viridis vel aridas paſſo madefactas cõtere, ouiq; vitello admiſtas ſuperdato, aut ex hordei farina paſ- F
ſo incocta cataplaſma facito. cp ſi dolor vehementiſſime cruciet, altercum quoq; admiſceto.

Ad capitis vitia diuerſa. 11.

Cataplaſma ad caput fluctione vexatum. Hæc compoſitio caput fluctione tentari non ſinit, neq; oculum male haberi. accipe cimoliæ, nitri, albæ vitis radicis aridæ, cucumeris ſyluatici radicis, fabaceæ farinæ ſingulorum pondo vncias duas, pariter tritis & in vnum redactis ad ſordium craſſitudinem vtere in balneo: longe valentiſſimum remedium eſt.

Vt manducatu pituita ex capite detrahatur.

Vuam tamineam & maſtichen manducato, aut maſtichen & zingiber: ſi maſtiche dura ſit, parum ceræ admiſceto. *Ad capitis dolorem.*

Rutam diligenter contere, & ex aceto atq; roſaceo frontem illine.

Ad capitis ab altera tantum parte dolorem, quem hemicraniam Græci vocant.

Porri caput comamq; oleo incoquito, ex eo caput perfundito, ſtatimq; dolor tollitur. Aliud. Hederæ extrema oleo incoquito, & ex eo caput perfundito, effectum miraberis. Aliud. Amaris amygdalis tritis frontem oblinito.

Ad clauos probatiſſimum, etiam ſi in capite ſint. G

Accipe ſandarachæ, aluminis ſciſſi, atramenti ſutorii, myſios, viuæ calcis, ſaponis, ſingulorum parem modum, ſed calcis tantum duplum, tritis ex primo ſaponis iure vtitor: admirabile eſt.

Ad dolorem capitis hemicraniam vocatum.

Accipe erucæ ſeminis vncias tres, rutæ viridis vncias ſeptem, piperis grana vnum & triginta, ouorum trium alborem, aceti quod ſatis eſt, omnibus permiſtis illinito frontem.

Paſtillus celebris Socratis ad capitis dolorem & hemicraniam, omniaq; ex fluxione vitia mirificus.

Accipe euphorbij drach.iiii. thapſiæ ſucci drach.vi. zingiberis drachmã vnam, opij drach.iii. opopanacis drach.ii. oĩa in vnũ ex aceto liquato, paſtillosq; conficito, cũ vti voles, aceto dilue. & fronti illine: ſuffiri etiã poteſt, & ad membrũ aliquod fluctione male habitum magnifice proficit.

Ad clauos & verucas appellatas formicinas. 12.

Clauos enumera, & totidẽ formicas accipe, & in pãniculo lineo raro deligato & cũ his etiã cochleã, deinde cremato, tritasq; ex aceto oblinito: aut fimũ bubulũ aceto maceratũ p triduũ ĩpontо, oẽsq; claui decidẽt: palmularũ oſſeã partẽ vſtã ac tritã cũ ſale & gutta ammoniaca in ſole ſubigito, ĩponito, & curabis. *Ad dolorem capitis hemicraniam dictum.* 13.

Lũbricos terreſtres qndecim accipito, pipis grana qndecim, aceti quod ſatis ſit, oĩa ſimul con- H
terito, & illinito. *Ad ictus venenoſarum ferarum.* 14.

A beſtiis venenatis, rabioſoq; cane demorſos ſanat cancri interiorum cinis ex aqua ſemel ac bis potus, quantum manu capere potes.

Ad dolorem capitis ex uini potu. 15.

Herbæ ſanguinalis coliculos duos connecte, & ſertum capiti circundato.

Ad hemicraniam dolorem. 16.

Naſturtii ſemẽ tuſum cũ oui albo permiſce, frontiq; impone, & ſtupã ſuperda: aut aquilę capitis os ſimile ſimili appẽde, perinde & vulturis. Aliud. Lapilli in capite labracis. i. lupi piſcis reperti dolorẽ capitis leuant, & ad hemicraniã faciunt appenſi dexter dextræ parti, ſiniſter ſiniſtræ.

Ad defluuium capillorum & barbæ. 17.

Betam ex myrteo, & polytrichi capillamẽta illinito, aut adiantum ladanumq; paribus portiõnibus trita ex immaturo oleo, aut myrteo, aut lentiſcino ĩponito. Aliud. Ladanũ vino amínæo, & oleo myrteo maceratũ vtroq; ad mellis ſpiſſitudinem, caput in balneo perungito: melius eſt autem, quod aliqui polytrichon vocant, ſi portio ſeptima ladano adiiciatur, atq; ita illinatur.

Ad capillos defluentes, vt plures inſtaurentur.

Murini ſtercoris drach.iii. accipito, calamorum, quos conatelos vocant, drach.iiii. amygdala amara

A amara numero.lxxij. ſucci balſami, ladani vtriuſque drach.iiij. polytrichi drach.vi. nardi gallici drachmã vnã, in pice liquida madefaciẽs ladanũ vino oleoq; macerato, arida vero in puluerẽ redigẽs cũ liquidis pmiſce & vtere, quotidie perungẽs: mihi videt & caluis poſſe capillos reddere.

Ad tuſſim diuerſa remedia. 18.

Iuniperi fructus eſu potuq; ſumptus. Aut bdellium epotum. Aut daucus creticus ex vino potus. Aut dracunculi radix pariter elixa & ex melle trita. Aut helenij. Aut perdiciadis herbæ ſuccus tepidus ante cibũ ex aqua potus. Aut ſanguinarię ſuccus eodẽ modo ſumptus. Aut perſonatæ radix. Aut pineus nucleus ex aqua potui datus. Aut propolis ſuffita. Aut reſina epota, & terebinthina ſuffita. Aut arſenicum ſciſſile cum chalbano ſuffitum, & fumus deuoratus. Pręterea bituminis, thuris, ſtyracis, cuminiq; ſuffimentum. Aut cinnamomũ ex melle tepido potũ. Aut cupreſſi baccæ contuſæ ex vino cũ myrrha ieiuno exhibitæ. Aut fœniculi radix ſemẽq; vino incocta, & propinata. Aut vinũ, cui viridis ferula incocta ſit. Aut origanum melli incoctum & bibitum. Aut myricæ flos, ſemen, ac folia vino elixa, & potui data. Aut piceæ cortex ex aqua potus. At albæ populi folia & ramuli ex aqua, aut vino potui oblata. Aut verbaſci radix ex vino in balneo pota. Aut alliũ crudum elixumue eſui datum. Aut lanariæ herbę radix ex melle ſumpta peſ-
B ſime affectos liberauit. Leporinum ſtercus cõtritum ex vino calido ſumptum arterię & columellæ vitijs, & ſpiritus difficultati ſummopere opitulat. Ad eadẽ facit & lingua aquilæ collo ſuſpenſa. Aut nucleus pineus integer vſtus tritusq; cũ modico piperis, melle exceptus laborantiq; exhibitus cochlearij mẽſura. Ad veterẽ tuſsim autẽ leuandã, ſulfur ignẽ nõ expertũ ouo iniji cito, & in balneo ſorbẽto. Aut ſinapi terens miſcensq; melli dacolos tres exhibeto. Aut naſturtij ſemen tritum ex aqua potum cubitum eunti. Aut thus cum melle tritum linctui datum ſummo mane, aut cubitũ eunti. Aut raphani ſuccus ex melle ſorptus diluculo. Aliud. Iuniperi baccæ quinq;, aut ſeptem ex melle potæ. Aliud. Accipiant piperis drach.iiij. nucum drach.ij. nucleorum pineorum, hyſſopi vtriuſq; drach.i. pulegij, iridis, ſeminis vrticæ ſingulorum drach.iiij. mellis quantum ſatis ſit, detur ligulæ menſura. Aliud. Sinapi, cuminum, nigella, naſturtium paribus portionibus vnà conterantur, vino excipito, & propinato. Aliud. Pulegium aſſidue manducetur, tritumq;, & vino maceratum bibatur. Aliud. Cumini fricti, nigellæ fricte vtriuſq; drach.i. piperis grana quadraginta, vnà trita, & melle fermentata ieiuno dato & cubitũ eunti.

Suffumigatio. Accipe auripigmentũ ſciſſile, piper, marrubium, hordei farinã, triſaginis, & vitis radicis corticẽ, chamæleucen, maſtichen, crocum, coſtũ, omnia in vnum miſce, & collyria con-
C fice, & ieiunum ſuffumigato cubitumq; euntẽ. Aliud. Piper, nuces, auripigmentum ſciſſile, ſimul tere, miſcetoq; cum melle, & propinato. Aliud. Butyrum, anſerinam adipem, & reſinã vnà cum melle cõtundito: & ieiuno cubitumq; eunti exhibeto. Aliud. Virgulam fœniculi, ſemen piperis vnà tere, & melle fermentata concedito. Aliud. Veſicarium ſolanum cum radicibus elixum potui dato. *Ad tuſſim reiectionemque ſanguinis.* Accipe coſti, cinnamomi, rheubarbari, ſingulorum drachmam vnã, ſimul & trita, & in vnum corpus redacta ex vino tepido propi-
nato. *Aliud ad tabeſcentes faciens.* Accipe thuris, piperis, auripigmenti ſciſſilis, cariophyli, ſingulorum parẽ modum, oĩa contерito ex melle, & fermẽtata concedito diluculo, & cubitũ eunti. Aut auripigmentum ſciſſile pro ſale in ouum ſorbile mittito, & ſorbeto ieiunus. Aut arſenicum tritum ex vino tepido in balneo propinato. Aut arſenicum ſiſſile & vitellum oui miſceto, & bãbici illinito, & per inſtrumentũ, quod cichonen Græci vocant, ſuffumigato. Cum vero laborans ſuffumigio triſtabitur, ipſi butyrum ad auellanæ nucis magnitudinem deuorandum exhibeto: iterumq; ſuffumigato. id autẽ ſepties repetes. Aliud. Styracem bonũ & braſſicæ ſuccum vnà tерito, & fermentata ieiuno, aut cubitum eunti exhibeto. Aut laurei olei & vini boni accipe ſingulorum drach.iij. miſce, & tepidum in balneo propina, & œnelęo. i. vino oleoq; miſto in olla ca-
D lefacto ſtomachum foue. Oenelæum phthiſico potui ne dato, ſed œnelæum curioſe paratum calefacito, & ſpongia ſtomachum foueto. Aliud. Lupinorum decocto calido myrrhã ſtacten vocatam madefacito, & pedes tuſſientis foueto, & ſpongia detergens inungito butyro: deinde iterum foueto. hoc ter facto curabitur. Aliud. Hederæ granis, aut lignis, aut foliis tuſſientem ſuffumigato. Aut reſinam ex vino veteri tritam ieiuno propinato. Aut agreſtis canabis ſemen tritum ex aqua, aut cedri liquorem ieiuno potui dato. Aut hyſſopum & pulegium in poſca inco-
ctum. Aut beronicẽ melle ſubactam edendã offeras. Et raphani aſſi mane ac veſperi ſi edantur, benefaciunt, & chamæleuce ſuffita. Aliud. Baccas laureas cum pipere, & nucleos pineos ex melle dato mane & cubitum eunti. *Ad tuſſientes, arteriam aſperam, vocẽ amiſſam, & ſanguineũ ſputum.* Accipe tragacanthæ, gummi, vtriuſq; drachmam vnam, myrrhæ bonæ tantundem, dulcis radicis ſucci ac vini dulcis quantũ ſatis eſt, omnia contuſa in vnum redige: cum trita fuerint, arida cum reliquis miſce. *Aliud ad tuſſiculam & vlceratam arteriam.* Accipe terebinthinæ, gummi mellis boni, ſingulorum vnciam: & terebinthinæ prius elixæ gummi adijce, & exhibe olęo magnitudinem ore cõtinendam. Aliud. Gũmi, lycij, vtriuſq; vncias quatuor in aquã mitte, macerariq; ſinito, deinde heminam cretici paſſi infunde, & feruefacito vſq; ad ſordium ſpiſſitudinẽ, & delingendũ præbeto. *Aliud, ad tuſſiculas, fremitus, & ſanguinis ſcreatum.* Accipe tragacanthæ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

drach.ij.lini seminis fricti drach.iiij.amygdala delibrata decem,nucleum pineũ adipi incoctum, tragacanthã aqua calente madefacito, & reliqua admisceto, passumq; infundens conterito. Ad vocem autẽ amissam,& sanguineum sputum,pro passo melle vtitor. Aliud. Raphanum in taleas rotũdas concidito,& super prunas assato,ex melleq; ieiunus edito. ℂ*Ad tussim diuturnam.*

Accipe piperis drachmã,lupinorũ farinæ.ℒℒ.tres,& mellis ligulam sorbẽdum dato. Aliud. Auriculę porcinę os perforatum collo alligatum à tussi futura custodit. ℂ*Ad tussim,columellæ vitia,& tonsillarum phlegmonem.* Lapilli in nidis pullorum hirundinum reperti,appensiq;,à tussi tutum reddunt. ℂ*Ad tussim & vitia radicis vuæ,& distillationẽ.* Accipe zingiberis drach.i.chalbani, opii,styracis, singulorum tantundem, passo excipe, & globulos erui magnitudinis conficito, & loco pilulæ duos cubitum eunti concedito, & passum dilutum postea sorbeto. Aliud. Zingiberis,styracis singulorum drachmas quatuor,passo excipito, & instar erui conficito, & cubitum eunti pro pilulis tria dato,passumq; dilutũ postea sorbeto. ℂ*Ad distillationem & tussim probatum.*

Accipe papaueris lachrymæ drach.iii.castorei drach.i.confice pastillos erui magnitudinis, & eunti cubitũ pro eius viribus dato. Aliud. Quo vtebat sapientissimus Alexander.Accipe pyrethri drach.ii.costi drach.i.tunde & cribra,in vtẽdo autẽ iube nares tangere,statimq; cõstringe.

ℂ*Ad arteriam ex distillante pituita laborantẽ,& tussim.* Accipe styracis drach.viii.castorei drach.iiii. zingiberis,chalbani,vtriusq; tantũdem, in vnum misceto, pastillosq; magnitudinem erui æquãtes efficito,& de nocte duos,tresue exhibeto,posteaq; bibat,sed non illico,& iuuabitur.

Medicamentum capiti inspergendum eius fluxionem finiens. 19.

Accipe hyperici,iunci odorati, iridis, ligni balsami, singulorũ vnciã vnã,cõtusa cretaq; caluariæ inspergito. Aliud. Caluarię inspergendum exsiccatorium.Accipe costi,foliorum,malabathri,gallarum,spicæ nardi,iridis,nardi gallici,rosarum aridarum,singulorum vnciam vnam, tusa cribrataq; inspergito. Aliud. Erucæ seminis,gallarum,iunci odorati, sansuci, costi, iridis,ligni balsami,singulorum vnciam vnam,tusis cretisq; caput conspergito.

Medicamentum,quo hyeme per manducationem ex capite pituita detrahitur. 20.

Accipe hyssopi,origani,vtriusq; drach.iiij.pulegij drach.ij.calaminthę drach.vnam,pyrethri, drach.ij.vuæ taminęæ,marrubij,sinapis, singulorum drach.i.sapæ,aceti,vtriusq; sextariũ vnum, oĩa in vnũ misceto,& vsq; ad tertias decoquito, & gargarizato. Aliud eiusdem facultatis, quo verno tempore vtendũ est. Accipe hyssopi vncias.iiii.origani vncias.iii.pulegij vncias.ii.calaminthæ vnciam.i.sapæ sextarium vnum, aceti sextarios tres. Aliud æstate & autumno vtendum. Accipe hyssopi vnc.iiii.origani vnc.tres, pulegij vnc.ii. calaminthæ, spicæ nardi, caryophyllorum,singulorũ vnciam vnã,cinnami vnc.iii.marrubij vnc.iiii.iridis vnc.tres, cyperi vnc. duas.pyrethri vnc.vnã,sapæ,aceti,vtriusq; sextarium vnum:decoque vsq; ad tertias,& vtere.

Ad distillationem. 21.

Accipe origani fasciculos duos,pulegij fasciculum vnum, cum aceto in mũdam ollam demittito,item caricas sex,uuæ passæ acinos duodecim, omniaq; decoquito vsq; ad tertias,mox percolato,& in poculum conijcito,ac gargarizato.

Ad humores in pectore contentos. 22.

Vrticę folia cum hordei cremore decocta exhibeto,hoc inflationes digerit, & materiam ex pectore euocat.

Ad tussim,spiritus difficultatem à stomacho,& sanguinea sputa. 23.

Nouam spongiam & candidam accipito, huius vstę tritæq; cinerẽ cũ melle & pipere,quãtum satis est,cõmisceto,in eamq; formã redigito,vt delingi possit,uesperiq; à cœna, quantũ tribus digitis capere potes,accipito. *Ad anginam.* 24.

Bouis masculi felle collum oblinito. *Ad tussim aridam.* 25.

Fœnumgręcum vsq; ad tertiam partem delixato, iusculumq; summo mane ex melle propinato.

Pastillus ad tussim fluxionemq; pectoris. 26.

Accipe pulegij,hyssopi, piperis, nasturtij, singulorum vnc.vnam.melle comprehende, & pastillos effice,singulos vncię pondus æquantes,his vtitor.

Ad tonsillarum vitia. 27.

Salicis folia & semen in aqua diutius feruefacito,gargarizãdamq; exhibeto:hoc pinguẽ pituitam maxime detrahit,& ad anginam bene facit. Aliud. Ex myrti lenticuleq; decocto gargarizari pręcipito. *Ad anginam.* 28.

Caprinum stercus ex melle gargarizato,aut rutę succo ore adaperto fauces sublinito.

Ad distillationem. 29.

Hyssopum,ficos,mel,ac rutam aquæ incoquito,eamq; gargarizato.

Ad vocis claritatem 30.

Tragacantha vino madefacta & epota uocem claram pręstat.

Ad amissam vocem. 31.

Styracem aqua maceratum in globulos ciceris magnitudinis redigito,tres exhibeto: & statim voce recuperata loquetur.

Ad phlegmonem,

Ad phlegmonem,aut erysipelas. 32.

Sedi folia cũ polẽta in cataplasmatis modũ ipositа, Aut portulacę folia cũ polẽta, Aut brassicę, aut calami folia virentia cõterito,& supimponito, Aut rubi: Aut rhamni,& rosarũ folia supdato.

Ad lumbricos aluum occupantes. 33.

Polypodij radicem cum sapa mistam edito. Aut raphani semẽ ex aqua potato. Aut allium corrodito. Aut vlmi radicẽ ex mulsa aqua bibito. Aut sycamini radicis cortex aquæ incoctus potui detur. Aut nigella potui detur, & in cataplasmatis modum imponatur. Aut ex aqua brassicæ semen habente potio fiat: Aut ex mentę succo: Aut ex nasturtio atq; menta. ℂ*Proprium experimentum.* Canabis semen aridum tusum cretaq; misceto cum aqua, vt succi tẽperatura fiat,mox linteolo mundo percolatum in potum offer. Aut bubulum fimum aridum combustũ in puluerem redigito,ex eo potui drachmam vnam ex vino dato. ℂ*Ad lumbricos latos & rotundos.* Accipe nitri,nasturtij,piperis,singulorum vnciam,fac puluisculum,& ex vino ligulam propinato.

Ad citandum sudorem,finiendamque febrim. 34.

Canchryos semen ex oleo illitum prodest. Aut pyrethrum ex oleo calefactum, & per horam ante inuasionem illitum bene facit. Aliud ad febrem expertum. Oleum cum cinnamo paratũ, oleum chamæmalinum,acetum,nitrum cum laureis foliis. omnia bene elixentur, & ex eo laborans perungatur,& vndiq; contectus statim sudabit. ℂ*Illitio ad febricitantes.* Butyri partes duas, mellis partem vnam misce,& calefactis vtere. Aliud. Lactucæ foliorum succi partem vnam, olei uulgaris partes duas,misce,& curiose agitans totum corpus inungito: experiẽtia probatum est. Aliud. Artemisię succi partem unam,rosacei olei partes duas misce,& vtere.

Ad dolorem hemicraniam vocatum. 35.

Solani succus ex oleo illitus uehementer proficit. Aliud. Sinapis semen ex melle imponito. Aliud. Rutam domesticam aceto & rosaceo incoctam illinito.

Ad canis morsum. 36.

Vrticæ semen impositum iuuat: Aut nigri marrubij folia: Aut apiastrum ex uino potum, & morsibus illitum.Allium quoq; illitum prodest,& tostum in cibum potumq; assumptum. ℂ*Ad timentes canum impetum.* Nerij radicem collo circũdato,& liberabitur: q si experiri volueris,cum canis in furorem versus sit,illi circũponito, statimq; furorem deponet. ℂ*Ad morsus canis rabiosi.* Vulneribus rabiosi canis morsu factis brassicæ folia cum lassere trita ex aceto imponantur: per se enim brassica aduersus rabiosi canis morsus proficit, & ipsius decoctũ potui datum. Elixa uero brassica ante alios cibos sumpta phthisicos sanat,vitiisq; arteriæ subuenit,cõtusa autem, & cataplasmatis modo lieni imposita,illum extenuat.

Ad anginam,collique dolorem. 37.

Alba populus arida cõtrita,& collo illita:aut nasturtij semen: & fimus colũbinus ex melle imposita bene faciunt:Aut mel tepidũ gargarizatũ.Aut canino stercore candido trito ex aceto collum oblinito. *Ad narium fœdum odorem.* 38.

Hederæ foliorum succus tepidus naribus instillatus: aut calaminthæ succus æque tepidus infusus:aut myrrha ex muliebri lacte trita infusaq; naribus,narium halitum commendat.

Ad prorumpentem è naribus sanguinem. 39.

Acaciam ex aceto tritam naribus infundito. Aliud. Acetum cum sale sumens in ollam aut mortarium mittito, lanamq; accipiens in ipsis madefacito: hæcq;,quantum laborans ferre poterit,calefacta,eius capiti imponito:illicoq; velamentis quamplurimis contegi præcipito. ℂ*Purgatorium narium.* Thymũ & origanũ melle exceptũ in pastillos redige,cõmanducãdosq; exhibe.

Ad lateris phlegmone correptos. 40.

Hęc oĩa beneficiũt,bdellium ex uino pariter & ex aqua potũ:Aut balsami semen ex aqua potũ,aut ex melle delinctũ: Aut aristolochiæ radix ex aqua potui data,aut ruta ex mulsa itidẽ pota.

Ad acutam febrem. 41.

Peponis domestici succus,aut cucurbitæ ramentorũ succus illitus benefacit: aut rosæ ex oleo: aut plantago in cataplasmatis modum impositæ iuuant.

Præsagium in febricitantibus. 42.

Rosaceo prius inunge,& apij semen tritum superda: deinde stupam rotundam instar rotę cordi superimponito,luteumq; oui infundito, & reticula cõtegito, tum si fiat oui dispersio,mortem adesse scito,hoc enim ipsa anima facere dicitur.

Ad glutinanda vulnera. 43.

Radix gramínis contusa,vt aridum medicamen imponatur.

Curatio ad dolorem auris. 44.

Amygdalinum oleum in aures instilletur: aut ex nucibus oleum: aut laureũ:aut balsamínum: aut dracunculi herbæ seminis succus ex oleo infusus. Aut herbæ vrceolaris succus ex oleo rosaceo tepidus instilletur.Aut ruta virẽs oleo incocta & tepida in aurẽ mittatur: aut myrrha ex melle tepida.Aut ruta ex mulieris,quę marẽ peperit,lacte,tepefiat,& instilletur.Aut ex allio expressum succum in aurẽ mittito:aut porri succũ tepidũ: aut sapam tepefactã:aut porri succũ melli adsum succum in aurẽ mittito:aut porri succũ tepidũ: aut sapam tepefactã:aut porri succũ melli admistum.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

mistum. Aut oleũ ore continens in aurem inspuito. Aut cucurbitæ succum ex rosaceo instillato. E

Ad scabiem pruritumque. 45.

Vlmi folia arida trita in balneo inspergito, aut sulfure ignem non experto, & syluestri vua, & arsenico, & sandaracha ex oleo & aceto in balneo oblinito. Aliud. Myrrha ex muliebri lacte cutẽ oblinito, aut dulcis radicis succum ex passo potui offerto. Aut oua gallinæ integra in acetũ acerrimũ demitte per diẽ noctemq; quę si tria fuerint, ipsis cum putaminibus in eodẽ aceto contritis adijce sulfuris ignem nõ experti, arsenici scisilis, vuę taminiæ, cerussæ, spumę argenti, nerij succi, singulorum vnciam vnã, olei veteris quantum satis est: omnibus cõtritis obline in balneo.

Remedia ad stomachi vitia. 46.

Ex folijs calaminthæ virentibus & hordeacea farina cataplasma conficito. ¶ *Ad cruditatem, inflationesq; ventriculi, quisquis hoc vsus fuerit, statim esuriet.* Accipe anesorum drach. duodecim, piperis albi, lybistici, ammij, petroselini, fœniculi, singulorum drach. sex: hęc tusa & creta melle cocto comprehende, exhibe drachmam vnam. ¶ *Ad æstuantem ventriculum nec cibi tenacem.* Lactucæ succum ex dulci vino potui dato, nec vomet amplius. ¶ *Ad dolorem ventriculi.* Lac, in quo carbones querni extincti sunt, laboranti propinato. ¶ *Ad acorem in ventriculo.* Trisago ex vino pota acore liberat. ¶ *Ad inflationem ventriculi.* Piperis, baccarum lauri, cumini, anesi, pares portiones F cõtusas & cribratas ex temperato vino ieiuno dabis ligulæ vnius mensura per triduum, aut anesum ieiunus manducato.

Ad quædam oculorum vitia & primo ad oculos fluctione laborantes. 47.

Fœniculi succus per triduum illitus, aut thus, ex melle & lacte, aut centaurii succus ex melle, aut folia herbæ quinq; foliii ex melle imposita benefaciunt. ¶ *Ad caliginem oculorum.* Cucurbitæ ramentorum succus superdatus proficit. ¶ *Ad albuginem oculorum.* Alterci folia cum polenta superdato. Lignum balsami quoq; ex muliebri lacte illinito: Aut rutam viridem imponito. Herba præterea pulicaris ex muliebri lacte, aut calami virentium foliorum succus illitu prodest. ¶ *Ad oculorum vertiginem remouendam.* Oleæ folia cõtunde & succum expressum illine, atq; miraberis. ¶ *Ad oculorum fluctionem cataplasma.* Portulacam cum croco & adipe suilla contere, aut apii folia cum polenta: in magnis autem fluctionibus rosas sertulamq; cũ amylo coctas oculis imponito.

Ad dentium dolorem. 48.

Aceto nigellam habente os collue, aut oleo gallas incoctas habente, aut aceto, in quo platani globuli incocti sint, aut quinquefolii radix. Item peucedani radix trita & cõbusta illinatur. Aut malicorii rosarumq; decocto os collue. ¶ *Ad dentium vulnus.* Accipe nitri, sepiæ testæ, myrrhæ, G singulorum vnciam vnam, tritis vtere.

Aridum medicamen, quod humidum os cruentumque deterget, gingiuarum carnem instaurat, dentesque dealbat. 49.

Accipe nitri cõbusti, myrrhæ troglodytidis, sepiarum testæ, singulorum vnciam vnã, rosarum aridarum vnc. iiii. tritis & cretis vtere, addito etiam iridis vnciam vnã: huius effectũ miraberis.

Ad lateris dolorem. 50

Virentis brassicæ caules cum radicibus cõbustos adipe suilla cõprehende, & vtere: valentissimũ remediũ est. Aut apii semen decoctũ, donec tertia pars relicta sit, potui da: vehemẽter iuuat.

Ad internos ani tumores. 51.

Amaranthum aqua maceratum mane vesperiq; propina.

Ad lienem cataplasma valde bonum. 52.

Accipe apium, sinapi, baccas lauri bene contritas & cortice liberatas, nuces virides parũ contunde: deinde omnia in pilam coniecta vehementius contundito, mox extracta acerrimo aceto per triduum macerato, & omnia in vnum confusa tyberiadis succo incoquito, donec cataplasma fiat: deinde lieni superimponito à matutina vsq; ad octauam horam, aluo tamen prius subducta: H medicamenti effectum miraberis. Aliud. Ad lienem experientia cõprobatum. Ficus nouellæ arboris cortícem viridem detrahito, & cum cinere permisceto & calefacito.

Ad tertianam febrem. 53.

Mel cum scammonia semel potum curat. *Ad quartanam.*

Accipe piper contritum, laureas baccas, cuminum, mastichẽ, myrrham, thus mundum, singula separatim trita in vnũ cõmisce, & mellis boni quod satis sit, adijce, & per quatriduũ imponito.

Ad sanguinis ex naribus profusionem. 54.

Oui putamen integrum comburito, & liquorem ex eo exactum cum fissili arsenico permisceto, in nares q; patientis immittito: si arsenicum præsto non fuerit, solus oui liquor sufficerit.

Aliud. Capræ fœminæ setas vstas & tritas & myrrham similiter tritam cum setis q; caprinis mistam in nares sufflato, si viri fuerint, cum charta, si fœminæ, cum alio quopiam: qua parte autẽ sanguis erumpit, arctissime deligato.

Ad violentas sanguinis eruptiones. 55.

Gallas mola tritas, & malicorium, & punicæ mali grana contusa & mista cum oleo scisili & melle, ac bene subacta mane vesperiq; propinato, vt mel gallarum. *Ad ventris*

A *Ad ventris tormina & inflationes.* 56.

Accipe piperis, rutę, zingiberis, pares portiones, & tritas ex aqua calida propinato: aut artemisiam tusam cretamq; dato: aut nitrum vstum tritumq; ex humore aliquo exhibeto.

Vt ne boues ægrotent. 57.

∴ Cerui cornu sup Panis Dei sacellũ ponito, cãdelãq; desup accẽdito, & ne interdiu accẽsam obliuione demittito. & in tpe sanctũ Demusarim inuocato, ac tollito: armẽta tua & vitã custodient.

Vt ne porci ægrotent. 58.

* Rhamni radicem tritam in aquam, vbi sese proluunt sues, proiicito.

Ad carnem glutinandam. 59.

Terræ lumbricos frictos tritosq; inspergito.

Plagarum curatio. 60.

Myrrham & aloem tritam inspergito: Aut resinam piceæ, vel & mastice & hederæ lachrymã, ex his factum emplastrum imponito: Aut hircina axungia plagam obline, & capræ nigræ cornu insperge. Aliud. Aut costum, spicam, cinnamum, zingiber, cuminum, singulorum parem modum terito, cum pice subigito & imponito: Aut panis crustam aridam tusam, & vino oleoq; subB actam superdato quotidie per vices mutans.

Ad equorum scabiem. 61.

Anguem discindito, eiusq; adipem capiens ligno equi vngularum oras inungito.

Ad somnum conciliandum. 62.

In lauri foliis hæc elementa inscribito, iacentisq; stragulis ceruicali eo nesciente subiicito.

§s. χss. φl. *Vt ne homo noctu somniet.* 63.

∴ Rutæ semen caligæ ipsius nescientis suspendito, nullasq; in somnis imagines videbit.

Ad pectus. 64.

Cum ouo arsenicũ fissile misceto, & piper, & hordei farinã, & lauri baccas, pineosq; nucleos, & exhibeto. Aliud. Alii accipe spicas septem, arsenici fissilis, piperis, vtriusq; grana tredecim, ∴ bambacem, pini nucleum, cæræ modicum miscens cum oui uitello accipe frequenter.

Ad corrosos dentes. 65.

Arsenicum, piper, caseum, calcem uiuam aceto macera, & appone.

Clyster ad renum vitia. 66.

* Accipe pulegium, origanum, sampsucum, serpyllum, chamęmalum, absinthium, centaurium, C lauri folia, cucumerem syluaticum, peponem: vna omnia prius contusa aquæ incoquito: deinde cum melle oleo & sale decocti, quantum satis est, iniicito.

Clyster ad coxendicis dolorem. 67.

∴ Accipe cucumeris syluestris radices, lauri folia, rutæ folia, absinthium, plantaginem, trisaginẽ, marrubium, calamintham, pulegium, origanum, thymum, lactucam, euphorbium, anethum, pyrethrum, vuam taminiam: hęc omnia in aqua incoquito: deinde melle oleo et sale adiecto, per instrumentum admoueto.

Vt dentes putridi nigriq; splendidi reddantur. 68.

∴ Accipe salis contriti, ropi, sepiarum testæ pares portiones: omnibus in vnum tritis dentes fricato, quos prius aceto puro colluerís.

Cataplasma ad caput fluxione tentatum. 69.

Hoc remedium præstat ne caput fluxione vexetur, neq; oculum vnquam iniuria afficí sinit. Accipe mastiches, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, ladani, nitri, cerussæ, terræ cimoliæ, styracis, rosarũ ∴ aridarum, singulorum vnciam, saponis sanci libram, mellis tantundem, lupinorum amarorũ decoctum quod satis est: omnia in vnum misceto, & pro sapone in balneo vtitor.

D *Pastillus de seminibus ad tussientes.* 70.

Accipe anesorum amarorum vnciam, fœniculi seminis, alterci seminis, ammii, singulorum drachmam. apii seminis drachmas tres, opii drach. singula bene terito, & aquam paulatim tepidam infundito, donec sordiũ balnei spissitudo fiat: pastillos fabæ magnitudinis cõficito, vnumq; exhibeto, tussientibus nanq; prodest.

Ad iecoris vitia remedia experientia confirmata 71.

∴ Gallarum cum papaueris capitulo coctarum ius in balneo potato, contectus, & in latus affectum iacens: aut ederæ radicis decoctum cum vino propinato. Aliud. Baccas lauri septem, grana piperis septem trita ex vino in potum dato. Aliud. Aloes drach. iiii. assari, costi, eupatorii, hedysari, sertulæ campanæ, mastiches, croci, ocymi seminis, singulorum drachmas duas. cõterito, cribrato, & ex aqua temperato exhibeto. ¶ *Aliud iecori & ventriculo commodum.* Accipe lauri baccarum, cinnami boni, caryophyllorum, aloes, hedysari, costi, singulorum drachmam, cõtrita & melle excepta ex vino vetere potui dato. Aliud, Accipe acori, seminis lini, zingiberis, rutæ foliorum mollium, singulorum drachmam, anesorum drachmas quatuor ex mulsa dato. Aliud. Mel cum pane mistum calidum emplastri modo imponito: aut absinthii ligulam vnam ex temperato melle potui offer, & super iecur ægrotus decumbat.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Ad linguam fluctione laborantem. 72.

Cynaræ foliis contulis ex melle linguam perungito: aut venam partis, vnde fluit materia, incidito, & bene faciet. *Ad oris ariditatem.* 73.

Palmularum ficorumq; decocto per pennam illinito, & contineto.

Ad labia scissa. 74.

Lini semen ex melle contritum imponito.

Ad eos, quibus menti pili decidunt, quos Græci appellant Spanopogonas, hoc est, raribarbos. 75.

Accipe piperis, euphorbii, pyrethri, singulorum vnciam, calami foliorum molliorum succum, murini stercoris, olei per combustionem expressi: trita omnia affricato, & assidue radito.

Vomitorium medicamentum, quod mystri mensura exhibetur. 76.

Aphronitrum album in aquam tepidam coniice, quoad dissolutum sit, & modicum olei adiice, potandumq; exhibe. *Reprimentia vomitum.* 77.

Menta tusa creta, & rosaceo admista nares pectusq; illinito. Aliud. Palmulas thebaicas, & mentæ ramulos aquæ duorum scyphorum mensura incoquito, quoad sordium balnei temperatura fiat, mediam partem propinato. Aliud. Palmæ glandium contusarum, quod sufficit, accipe, vini myrtini modicum instillato: deinde exceptas ex mulso, aut aquæ hemina exhibeto.

Ad sanguinem vomentes. 78.

Iunci odorati ex aqua decoctum propinato.

Ad citandum vomitum pituitæ. 79.

Viridem mentam, aut siccam ex aqua temperata bibito. ¶ *Vt facile autem vomat.* Sampsuci folia potui, raphani vero semen esui dato: pituitam multam vomitu reiicies.

Compositio pilularum purgantium pituitam. 80.

Accipe aloes vnc. sex. mastiches, absinthii succi, vtriusq; vnc. duas, cucurbitulæ syluaticæ vnc. quatuor: dentur pilulæ nouem & viginti.

Ad oris stomachi vel cordis vitio vexatos. 81.

Lentem cum spantæo, palmulis, & vino mendesio elixam potui offerto. ¶ *Ad dolorem autē oris stomachi, vel cordis.* Herbam sanguinariam curiose tritam, aut mala, aut cotonea elixa contritaq; rosaceo cerato comprehensa in modum cataplasmatis imponito: aut portulacam roseo cerato, aut myrteo exceptam superdato. Aliud admirabile experientia comprobatum. Accipe seminis lini heminas quatuor, aquæ heminas septem: elixato, & vtitor: hoc medicamentum sanitatē creat: neque enim ægrotus in peius ruet, sed in melius proficiet.

Pastillus ad spiritus difficultate laborantes & diu tussientes suffitu proficiens. 82.

Accipe nasturtii, sinapis, abrotani, rutę syluaticę, sandarachę, singulorum vnciam, terito, & ex aqua factis pastillis accurate vtitor.

Ad difficultatem spiritus & sanguineum sputum. 83.

Thymum cum pipere tusum, & melle exceptum delinctui dato, studioseq; vtitor: valde enim efficax est. Aliud. Porrorum capita melli incocta ieiunus edito. Aut rutæ aridæ, mētæ vtriusq; vnc. quatuor, cum melle terito, & ceratia duo cubitū eunti ex aqua temperata propinato: Iuuant autem ægre spirantes & pistacia esui data.

Ad cruentum sputum. 84.

Accipe symphyti, mastiches ruffæ, vtriusq; drach. quatuor, lēnii sigilli, balaustiorum, vtriusq; drach. duas, terito & cribrato, & ex aceto mulso ligulam potui dato. Aliud expertum. Lemnii sigilli, vnciam, terræ, quæ astrum dicitur, vnc. duas, corallii tantundem. dato ex aceto mulso puro heminam, vnam. mane & vesperi hoc vtere. Aliud. Acaciæ ruffæ, amyli medicinalis pares portiones terito, & ex aqua temperata potui dato ligulas quinq;.

Ad febrem ardentem. 85.

Sempsiui & anesi folia quinq;, aut septē accipito, & oleo rosaceo incoquito, & ex eo a capite vsq; ad pedis vestigium pungito, & demiraberis: aut, oleo, in quo pyrethri radix macerata fuerit, inungito: hoc.n. sudores mouet, & diuturnos rigores discutit, & corporis partes refrigeratas aut resolutas curat. Aliud. Lauri baccas & thymū ex vino terito & illinito, vestibusq; contegito: sudabit enim. *Ad vim genitalium & veteres affectus.* 86.

Calamintham tusam cribratamq; in pilā coniice, & melle exceptā decoque vsq; ad cataplasmatis spissitudinē, & tenui linteolo illitā impono, & fascia deligato: à multis probatum est. Aliud ad genitalium confirmationē & renū, sed quempiā ne curato antequā mercedē acceperis. à multis enim expertum est. accipe zingiberis drach. iiii. herbæ sabinę, piperis albi vtriusq; drachmam ex mulsa exhibeto. Aliud. Picis aridæ, telephii, colophoniæ, mastiches, nitri albi pares portiones conterito, & aridum medicamentum facito: & locum prius lotum & adhuc calentem liquida pice oblinito, & aridum medicamen inspergito, superq; imponito, & bene deligato.

Ad discutiendas venuum fluctiones. 87.

Caprifici contritę succo perfricato, aut radicis succum in balneo affricato. Aut salem columbinumq; fimum terens ex oleo inungito.

Cataplasma

Cataplasma ad pedum dolorem ex offensione, aut casu aut aliquo alio violento. 88.

Accipe salis vsti, origani, cineris sarmentorum vitium pares portiones, vitellos ouorum duos, aut tres cum vino mista superimponito.

Ad scabros vngues diuinum auxilium. 89.

Vnguibus ex casu reuulsis, & vitio, quod paronychion græce dicitur, affectis sachar tritum & in puluisculum redactum, ac insperstum succurrit. Scabros autem vngues mundabis, si sulfur ignem non expertum & oui luteum æqua portione miscebis, atq; ex aceto imposueris.

Ad ambusta. 90.

Accipe argenti spumæ, croci vtriusq; vnc. duas, ouorum assatorum vitellos ponderis vncias quatuor, rosacei, quod sufficit. Aliud. Linteoli vsti cinerem cum rosaceo misce, & cera anchusaq; adiecta vtere.

Ad sanguinis ex quauis parte eruptionem. 91.

Accipe soreos, atramēti sutorij, aluminis, chalcitidis, mysios, gypsi, gummi, singulorum drach. octo, tritis vtitor: valde bonum est, & experientię testimonio comprobatum. Aliud. Chalcitidis drach. vi. resinæ frictæ drach. iiij. puluueris thuris drach. duas. arido medicamine vtitor.

Ad impetigines expertum. 92.

Ex his constat: thuris masculi, zingiberis, aloes, sulfuris ignem non experti, singulorum drach. binas: aceto excepta & prius trita panniculo laneo illinito. Aliud. Ammoniacę guttę, alcyonij, sulfuris ignem non experti pares portiones contere, & vtere.

Ad dealbandam faciem. 93.

Accipe alcyonium combustum, & tritum cum melle & farina misce, & deterge. Aliud. Lysomunudon terens ex aceto in sole illinito. Aut ollarum florem terito ex aceto, deinde locū panno perfrictum, quoad rubescat, in sole inungito. *Vt facies munda fiat.* Butyro cum sapone misto faciem illine.

Ad dolorem veteri remedium sanctorum argentum non possidentium. 94.

Asarum cū pulegio potui offerto. *Paxamadum vocatorum purgatoria.* 95.

Accipe scāmoniæ drach. ij. aut tres, mastiches drach. iij. apij seminis drach. ij. polypodij drach. iiij. cinnamomi drach. i. fermenti mundi libram. i. arida permisce, & subige diligenter.

Ad necandos culices. 96.

Ex nigella & sutorio atramento suffimentū facito. *Ad abigendos serpentes.* 97.

Chalbanum, cerui cornu, caprinas vngulas, & lilij radicem suffito. Ad morsum vero serpētis sal porrumq; imponuntur vtiliter. *Ad fugandos pulices.* 98.

Syluestris cucumeris foliorum decocto domum conspergito.

Ad difficultatem vrinæ iumentorum. 99.

Salsarum oliuarū quod intus ligneū est, conterito, & contegens per dies quinq; suffumigato.

Ad dictum calami. 100.

Radices calami combustæ cinerem superimponito.

Ad morbum comitialem valde efficax. 101.

Coturnicū cerebrū ex vnguento myrteo tritū stāneo vase reponito, & cum quēpiā morbo comitiali, plapsum videris, eo facię illinito. admiraberis. n. huiusce naturalis auxilij efficaciā: nam statim ægrotus consurget. *Ad appetentiam cibi excitandam.* 102.

Accipe myrrhā, thus, ammoniacum, mastichē, & ex oui albo tritis pectus viscera; oblinito, & stupam superdato. *Ad hirudines deuoratas.* 103.

Eos, qui hirudines deuorarunt, aduersus solē cōstituito: & locū, vbi inhæreant, aīaduertito, & garū ipsis instillato. statim. n. locū relinquunt, & expuūtur. Aut acetū cū butyro mistū, in quo ferrū candens extinctū sit, potui dato: hirudines. n. eijcit. Aut eū, qui hirudinē deuorauit, in calidā aquā mento tenus demittito: phialā vero frigidæ plenā ori eius admoueto, sed potui ne dato: statim hirudo exibit. Aliud. Hirudines deuoratas calidū acetū absorptū excutit, aut succus syriaeus epotus, aut sufficit cimices. *Ad apum ictus.* 104.

Succus maluæ ab apibus ictos indolentes reddit. *Ad serpentum morsus.* 105.

Cornu ceruinum vstum & ex aceto tritum illinito: aut furni fuliginem: aut calami radices, & cicer, & baccas capressi, & cornu ceruī combusta omnia tritaq; in vnum misceto, & ex aceto ac porro propinato.

Ad inflammationes à venæ incisore factas, & duritias humerorum, & deustiones, & sanguinis concretiones. 106.

Fermento triticeo, cum axungia subacto summo studio vtere: probatum enim est.

Ad hydropicos. 107.

Stercus bubulum accipito, si mas ægrotet, maris, si fœmina, fœminæ, in ollam nouam conijce, contege, operculum luto, ne diffletur, obline: ollam deinde super cinerem viuæ calcis per dies septem statue, octauo die detecta olla stercus exime: & aridum medicamentum vitreo vase repone: cum vti voles, tres ligulas ex vino per septem dies exhibeto, sed in vino rutam feruefacias: hæc

potio

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

potio bene facit,etiam si tumores adsint, & œdemata,reliccat,euacuatq; per lotium:ægrotus autem non potet per totum diem,nisi ter:expertum nancq; est. E

Vt vinum odio sit,& quo modo cauenda ebrietas. 108.

Vinum,in quo anguilla suffocata sit, potui exhibitum, vini odium parit:idem præstat & vua inseruefacta. Si tutus ab ebrietate & morbo custodiri velis, folia rutæ edito: siniunt eadem capitis dolorem ex vino: Idem & acorus facit in cibum sumpta, & thebaica palmula. Ebrietate non tentatur,qui prius aut septem,aut nouem,aut vndecim amara amygdala ederit.ita etiam qui pulmonem ouis elixum ieiunus ederit,quantumuis bibat,ebrietatem non sentiet. *

Vt quis ex vno tantum vini scypho ebrius fiat. 109.

Sarmentorum viridis aut aridæ vitis modicum comburens in phiala,vbi vinum est,extinguito:statim ebrietate corripietur.

Ad lenticulas in facie. 110.

Baccarum lauri interiora ex melle trita illinito: aut nucleum pineum melli incoctum oculis imponito. *Ad infantium procidentem sedem.* 111.

Fabrorum aqua,in qua candens ferrum extinguunt,calefacta subluito,deinde cochleam combustam & in puluisculum redactam inspergito. F

Ad gingiuas pueri,& dentes orientes. 112.

Rosarum floribus tritis ex melle illinito,aut ouis cerebro ex melle,aut butyro ex melle.

Ad lac multum creandum. 113.

Sesami semen tritum ex passo potum, aut titane elixa cum fœniculo absorpta,aut nasturtium cum brassica potum.

Ad exustiones per hyemem. 114.

Muria foueto:ex elixa lente & micis panis cum rosaceo tritis cataplasma facito.

Ad aquosum ramicem. 115.

Plumbaginem cum sulfure,& aceto pauco, & oleo decoque, & illine locum. Aliud. Veteres nuces putridas contritas in mortario accipe & inunge. Aliud. Acetum potui dato, & cerui cornu vstum ad cataplasmatis modum imponito. Aut ex argenti spuma cum aceto & oleo mista ad solem perungito. *

Ad vulnus incurabile in quauis corporis parte. 116.

Buglosson herbam euellito,& succisas radices curiose lotas in pila conterito, suillam axungiã adijcito,ac bene emolliens vulneri imponito. G

Ad vomitum. 117.

Accipe apij radices quinque,fœniculi radices teneras quatuor,anesi drachmam,acetum,mel, & crocum merum, omnia sine croco decoquantur: & post coctu ram crocum inijciatur,deturq; phialæ dimidium. *Ad apthas,hoc est oris vlcera.* 118.

Oliuæ molles manducentur,aut vuæ passæ agrestes aceto incoquantur, & ex eo os colluatur.

Ad capitis tumores,quos talpas nominant. 119.

Locum prius mulso lauato, deinde bubulum fel inijcito, & leporis stercus,aut quod ex sapone confectum est:aut rutæ succum in foramina instillato,aut aristolochiam tritam in ipsa foramina cum aceto infundito.

De viribus rutæ. 120.

Ruta in primis esui potuiq; data visum acuit,veneris appetentiam extinguit, capitis dolorem leuat,siquis teneris eius foliis capitis ossa contegat: succus præterea rutæ cum fœniculi succo, & melle commistus atq; illitus hebetem visum acutiorem reddit. Idem præstat & seminis rhãi succus ex mulso illitus.Menta quoq; cum polenta in cataplasmatis modũ imposita abscessus sanat.

Ad supprimendum sanguinem. 121. H

Beronicem mellis super prunas cocti plenam edendam apponito:& brassicæ ocymiq; seminis vtriusq; grana sex trita potui dato ex vino mulieri à multi sanguinis profluuio male habitæ.

Præsagium de ægrotante. 122.

Salicis tenera folia contusa illinito:si roseus fiet,euadet:si viridis,morietur.

Ad impediendam venerem. 123.

Erucam sacerdotes edunt & rutam & viticem:erucæ igitur semen ex melle,aut cum fœnogræco ieiuno illitum arrigi non sinit.

Ad dolorem oculorum. 124.

Crocum tritum,& cum liquore,qui à rosa stillauit,fermentatum illinito.

Ad capitis dolorem. 125.

Si hæc adsint signa,oculorum tenebræ,capitis ipsius dolor,aurium sonus,nasi obstructio,summo mane oculorum lachrymæ,nonnullis & oculi caligant,quibus hæc adsunt,caput hunc in modum purgato, origano hyssopo & sale nares perfricato: neque in posterum caput dolebit:quod si neglexeris,morbi huiusmodi sequentur:obtusus visus,aurium sonus,capillorum casus,& dentium dolor.

De pectore

A *De pectore humano.* 126.

Cum pectus aliquod vitium passurum est, in primis humiditatem in ipso sentire videtur: sin costæ,crudis abundat humoribus, æstuationem sitimq; habet, ipsius lingua aspera est & spumãs, & singulis horis saliua decurrit.Conuenit autem ipsum à cæna vomere:aut summo mane stomachum purgare præsumptis raphani radiculis,aut sinapi virenti,aut eruca,aut nasturtio ex aqua tepida,& statim vomens sanabitur,si negligenter se gesserit,in spiritus difficultatem,& lateris dolores,& febres acutas incidat,atq; penitus somno carebit. *De ventre.* 127.

Quando in ventre vitium aliquod suborturum est,primo tormina doloresq; in ventre sentiũtur:& alui suppressio, & excretio, & in ipso cibi potusq; perturbantur,& amari videntur,& grauitas in genubus:& circa lumbos renesq; dolores sunt,& omnino febricitabit.His ita se habentibus, simplicibus medicinis purgare oportet: cnicum igitur contusum, & aqua dissolutum potui dato:aut brassicæ,aut betæ succum melle conditũ adiecto modico salis propinato,& miraberis: si res neglecta fuerit,difficultas intestinorum,desidendi immoderata cupiditas,& dorsi dolores impendent. *Ad grauem auditum,& aurium sonum.* 128.

Nitrum in acetum conijce,oleumq; roseum & vinum infunde,& capitis posteriora inunge.

B Aliud. Nigri veratri radicem in aurem conijce,& sanabitur:expertum enim est.

Ad custodiendam vitam. 129.

Centaurij decocto palmites vitis conspergito,hoc canes,vulpes & cœli volatilia propulsat.

Ad vteri strangulatus. 130.

Os cordi cerui accipe,tere,& potui da mulieri:& videbis gloriam dei.

Ad lumbricos mirabile remedium. 131.

Nigellam tritam ex garo potui dato.

Ad dignoscendum mas ne fœmina sterilis sit. 132.

Lentem in vtriusq; vrinam seperatim conijce: & vtrius lens germinabit,ille est filium creans, cuius vero lens non germinat,ille sterilis est. *drigorem.* 133.

Scribe in tribus malis pepopulas aut ita dicito,sanus,drauus,danonus,danubius,& esui dato.

Confectio gari Ioachi martyropolitæ. 133.

Accipe frustulorum panis non fermentati, non conditi, putrefacti libram,nigellæ tziaricam, semicontusam mentam,calamintham bunisam,aridam, vtranq; semilibræ pondere,rutæ,syluestris thymbræ,fœniculi,singulorum tramia quadraginta,anesi tramia triginta,nanachuã tramia C quadraginta,vuarum passarum pinguium maturarum semilibram,palmularũ mundarum tziaricam,mellis veri hilari melisii semilibram,sacchari cantij tziaricam,rosarum aridarum,aut humoris ab ipsis per ignem extracti tramia centum.hæc in doliolum cum aqua conijcienda sunt,so liq; per quadraginta dies exponenda, ipsis vero adijcere oportet in puro linteolo deligata ligni aloes tramia quinq;,spicę tramia septem, caryophyllorũ tramia duo,croci tramia tria,mastiches, thuris,vtriusq; tramia decẽ,struthij corticis tramia quindecim,musci tramiũ,ampar tramia duo. omnia linteolo inclusa in dolioli medium succum demittito:& per quadraginta dies quotidie terito,& exprimito suspendens videlicet in dolio in medio succo: & post quadraginta dies aquam succo superfluitantem colligito, & in altero vase reponito: & in succum alteram aquam inijcito, & vtraq; insolato:sed postquam totum ius coactum fuerit in altero vase, tũc in nitido cacabo,aut in olla vsq; ad tertias decoquito,& cotoneis maturis impleto:linteolum autem nunquam de medio garo eximito:& optimum garum,omnibusq; hominibus vtile conficies.

De capitis dolore Barnabe monachi. 135.

Accipe farinam fabaceam,quantum manu capere potes,& mastiches,cumini q; parum in vnũ miscere oportet cum succo malorum cotoneorum,emplastrum facito,& membranæ illitum fronti imponito. D *Ad vinæ difficultatem.* 136.

Vnguentum optimum in vrinarium iter infundito,statim vrinam reddet:aut mel,& syluestrẽ canabim in vnum misce,& perinæo impone:aut muscum in vrinarium meatum immitte.

Ad sanguinis è naribus profluuium. 137.

Canabina folia trita & arida in narem sufflato:aut pãnum lineum combustum ex acri aceto in nares immitto. *Ad vteros.* 138.

Obsonium è iusculo,& amanetarium verum,& cardid.vsta ex vino veteri potui dato. *Ne arbor fructum amittat.* 139.

Lilij radicẽ arbori suspendito:ibiq; fructus hærebit,& nõ cadet. *Ad vulnus.* 140.

Cor cum pelle & cornu cerui combure,& ex oleo inunge. *Ad stomachum.* 141.

Rutam & thymbram cum ouo,& cuminum,& mentæ radices potui dato. *Ad impetigines.* 142.

Pipere trito ex muliebri lacte inungito,& sanabitur. *Ad dolorem dentium.* 143.

Ouorũ putamina,sæpiã,& oleũ misceto,& cogito,donec tertia pars relinquatur,& tepidũ ore contineto. *Ad lumbricos ventris.* 144.

Cornu cerui ramenta ex vino vetere potui dato à balneo.

Ad vinæ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Ad vrinæ difficultatem. 145.

Coriandrum, mentam, & aquam cum melle decoquito, quoad tertia pars superſit, & in potum offerto. *Ad vulnus dulce.* 146.

Suillum ſimum cum oleo & acri aceto miſceto, & locum prius ſetaceo panno excoriatũ inungito. *Ad dolorem lateris.* 147.

Paliuri radicem vino incoquito, donec tertia pars remaneat, & à balneo potui exhibeto. *Ad iecur & ſtomachum.* 148.

Accipe aloes & ſpicæ vtriuſq; miliariſium, ex vino à balneo propinato. *Ad conciliandum ſomnum.* 149.

Caprinum ſimum cum triſagine ad luti ſpiſſitudinem miſceto, & faciem oblinito. *Ad tuſſim.* 150.

Raphani ſemen & fœniculi ex melle potui dato. *Ad cordis dolorem.* 151.

Rutam, & lini fœniculiq; ſemen cordi imponito. *Ad lumbricos aluum occupantes.* 152.

Lupinos, lauri baccas, taurinum fel miſceto, & vmbilico ſuperdato. *Ad hæmorrhoidas.* 153.

Teſtudinis teſta ſuffita bene facit. *Ad exuſtionem.* 154.

Ouorum aſſorum vitellos in ſartagine combure, & in modum emplaſtri impone. *Ad pruritum.* 155.

Garum, ſulfur igne m non expertum, & oleum miſce, & inunge: effectum miraberis. *Ad morbum regium.* 156.

Chryſolachani ſemen, mel, & crocum confundito, & in lectulo cubantem illinito: bene facit. *Ad vermes.* 157.

Chamæleonis radicẽ contunde, & vrticæ ſummitates contrarias iniice. *Ad tuſſim.* 158.

Fœniculi radices cõtritas ieiuno potui dato: admirabile remediũ eſt. *Ad comam.* 159.

Maluam, & ſaluiæ radicem conterito diligenter, & in vas cum generoſo vino conijcito, à balneoq; comam illinito. *Ad aurium dolores.* 160.

Rubi ſuccus expreſſus, tepefactus, & in aurem infuſus dolorem finit. *Ad regium morbum.* 161.

Chryſolachani contuſi, mellis, vtriuſq; ligulam vnam, ex vino calido ieiuno exhibe. Aliud. valde bonum. In dextram aurem iacenti tenuem venam cædito, & ſanguine effluente vtilitatem miraberis: Si lienis vero doleat, idem facito in ſiniſtrum latus iacenti.

Ad iecinoroſos, lienoſos, & à ſtomacho laborantes præſentiſſimum remedium. 162.

Viticis grana eſui potuiq; ex vino mane veſperiq; exhibeto. Aliud. Apij, & petroſelini macedonici ſemen, & cicer, & viticis ſemen, omnia conterito, & ex vino calido potui dato. *Remedium ad renum vitia.* 163.

Erucæ, naſturtij, raphani ſemina conterito, & melle attico comprehendito, & ex vino vetere drachmam potui concedito.

Baſilij icti melitinoti de ratione victus ad regium notarium grammaticum.

Confectio vini perſpicui & coccini. 164.

Doliũ vino impleto, quantum fuerint menſuræ viginti, & ex ipſo menſuras duas accipe, & in lapideam ollam conijce, & adde ſeminis fœniculi, lini, aneſi, ſingulorum miliaria cẽtum, cum his bene feruefacere oportet, & ex ſacculo percolare, & ſextarium in dolium mittere: deinde accipe triſpidij miliaria centum, caryophyllorũ miliaria quinq;, croci miliariũ, cyperi, ligni aloes vtriuſq; miliaria quinque. omnia in vnum trita & cribrata lineo linteolo inuoluito, & in medio dolio ſtatuito, atque vtitor.

Eiuſdem roborantia ſtomachum pituitæ plenum & dolorem capiti inferentem. 165.

Te oportet ſingulis diebus roſei mellis miliaria viginti accipere, apij ſeminis miliarium vnũ, aneſi miliarium ſemis, & ieiunare vſq; ad meridiem, & tunc guſtare. Nam propterea ita te facere ſtatuimus, quoniam roſa ſtomachum confirmat, maſtiche calefacit, fœniculum & apium, ſi in iecinore ac liene multitudinem atrorum ſuccorum offenderint, detrahunt, & per lotium eijciunt abſq; moleſtia: aneſum vero, eo q; flatus à ventre diſſiicit, ſtomachumq; corroborat. Iccirco te vſq; ad meridiem cibo abſtinere præcepimus, vt ne alter morbus appareret, vtq; vis herbarum diutius in ventriculo moraretur. Cum vero decem dies præterierint, eundem ordinem aſsidue obſeruato, cum roſeo ſaccharo, vt ſtomacho robur addatur, viuasq; indolenter. Fecimus autem & de alimento ſermonem hunc in modum. *Ratio victus in cibis & ieiunio.* 166.

Primo die amygdala amara decẽ cũ pane & vino, quantum ſatis ſit, te edere cõuenit: Secundo die mel cum pane & vino, quod ſufficiat, edito: Tertio die agni anniculi carne veſcaris: eius ſcapulam elixam igne torreto, cum pane biſcocto & vino quod ſatis, edito: Quarto die oryzam ſolam aquæ incoctam addito melle cum pane & vino, quantum ſufficit, edito: Quinto die grana punici mali, amygdala, allium cum dauco, ficis aridis, & vuis paſſis decoque, & veſcere cum pane & vino,

A vino, quod ſufficiat: Sexto die ſimilem carnem anniculam in ſartagine cum dauco decoquito, & veſcere, panis & vini, quod ſatis eſt, addito, vt vis punici mali obtundatur. frigida enim eſt, atq; ideo malum punicum adiectum fuit, vt quæ antea per quinq; dies aſſumpta fuerant, refrigerarentur. erant enim re vera calida. Septimo die carnem minutim conciſam cum cicere & condimentis decoque, & veſcere, quantum ſatis eſt. Octauo die carnem cum aceto, caricis, amygdalis, nucibus ſyriacis, croco, dauco, paſsis vuis, cum alijs carnibus conciſis, cum melle, q; ſatis ſit, decoque, & veſcere cum vino, quantum ſufficiat. Decimo autem die ciborum ieiuniſq; ratio ita ſe habet, mali punici granum, quemadmodum & prædicta, decoque, & cum vino, quod ſufficit, ede. Hæc eſt ſumendi cibi ratio: ſemper tempore cœnæ menta ex melle vtitor, vt cibi digerantur, & ne pituita ventriculus abundet. Quò aũt bona valetudine fruaris, venam ſine noxia cauſa ne ſecato. Quòd ſi morbus caput tentauerit, venam caluariæ ſecato, & extrahe ſanguinis miliaria decem. hoc autẽ bis feceris & aprili menſe, & ſeptembri, per triduum ante & poſt abſtinentiam imperans. auxilium quoq; bis prædictis menſibus deuorato, & capitulis papaueris vt dormias vtere, caueasq; à coitu: q; ſi velis, ſemel in ſeptimana poſt noctem mediam id facito. At iulio menſe & auguſto te per biduum vomere oportet: vtrunq;, quoniam per diem vnicum ſtomachus purgari non poteſt.

B Quando autem vomis, caueto, ne aquam prius, aut poſtea biberis: dumq; vomis, oculos velato, & deligato, ſtansq; vomito loco edito, aut ſuper fluuium: à vomitu ſi ſitias, tolera ſitim, & ſobrius eſto. Te vti lauatione oportet menſe aprili vſq; in totum nouembrem: cæteris menſibus abſtineto. q; ſi lauari volueris, ſemel tantum in ſeptimana lauator, idq; ſemper ieiunus: ſi ſitias, temperatã aquam bibito, & balneum egreſſus oleo, & mulieris lacte, quæ fœminam peperit, caput irrigato: per noctem autem pedes calenti aqua cum furfuribus foueto.

Ad capitis dolorem. 167.

Accipe amygdalarum libras tres, ſeminum cucurbitæ libram vnam, oleo ab vtriſq; expreſſo, capitis verticem, nares, pedes ac manus inungito. *Ad diuerſus vini noxam.* 168.

Cotonea mala matura dulcia accipito, & mũdato, deinde ſuccum exprime, & in vinũ infunde.

Inunctio experta ad artuum dolorem, manuum pedumq; intertrimẽta, corruptelas, aduſtiones hyemis, & venti manus pedesq; lædentis, qui ſarracenica lingua tlen dicitur. cõpoſitio ita ſe habet. 169.

Accipe axungiæ anſerinæ partes duas, & medullam ceruorum iuuenum, & martaſancem raparam, & mel ſuper carbones decoctum & percolatum, pone in lapideum lebetem, & feruefacito, quoad prædicta pinguia tabeſcant, quibus adhuc calidis martaſancẽ inijcito, & cum prorſum C refrixerint, mel addito, & bene inſtar malagmatis ſubigito, & ad ignem, aut in furno inungito, & bene perfricato: tantiſper autem inunge, donec dolor abſceſſerit.

Ad ægylopas. i. fiſtulas angulorum oculi. 170.

Taurinũ fel, & liquidã picẽ, & acetũ in vnũ miſcẽs emplaſtrũ cõficito, & imponito, aut rutę folia cum chorygio in foramina immittito. *Ad vulnera incurabilia.* 171.

Ariore panij radicem in vinum dulce demittito, & ægrotanti potui dato. *Ad pulmonum inflammationes.* 172.

Piperis grana. xv. ſalis micas totidem terito & teaphen illorum addito, in vnumq; cogito, & cũ ſimo gallinę rufę, atq; oleo inungito: aut dauci ſemẽ, & nigellã, & porrũ contere, & potui exhibe. *Ad talpas.* 173.

Accipe triſaginem & hordeaceam farinam cum melle fermentato, & inungito & in modum cataplaſmatis imponito. *Ad dolorem ventris & ſtomachi.* 174.

Thus cum vino antiquo in cacabum conijcito, & donec tertia pars ſuperſit, decoquito, atq; ita in balneo propinato: aut oleum & vinum perinde coquito, & tepidum in balneo potui dato. *Ad ſtomachi vitia.* 175.

D Cuminum & cinnamomum cõterito, & myrrhã, maſtichẽ, & bliſcunę modicũ adijcito, deinde cocta & miſta potui offerto: aut mentę ramulos tres, & grana punici mali, & palmulas, ppinato. *Ad debilitatem genuum.* 176.

Lini ſemen & mel in aqua feruefacito, & cordi in modum cataplaſmatis imponito. *Ad dolorem lateris.* 177.

Ex cumino triticea farina & vino veteri cataplaſma facito, & cordi ſuperdato. *Ad lienoſos.* 178.

Braſsicę folia, ammoniacũ, acre acetũ, oĩa miſceto, conterito, & locũ per triduum oblinito: aut platani folia aquę incoquito, quoad tertia pars ſuperſit, & potui dato: aut braſsicæ folia igne torreto, & trita ex igne propinato. *Ad profluuium ſanguinis muliebre.* 179.

Tauriní cornu ramenta ex aqua pota ſanguinis profluuium ſiſtunt: aut lulacem, & braſsicę ſemina & ſcammoniam in vnum miſceto, & potanda exhibeto. *Ad ſtomachi compreſsionem.* 180.

Accipe gallas tritas, & rhoi flores, aut mali coria, & vſq; ad tertiam partem decocta: aut fœni-græci melli incocti ius potui dato. *Ad cœliacos, hoc eſt ventriculoſos.* 181.

Naſturtij ſemẽ in nouã ollã conijce, & decoque, deinde ouũ ſeparatim elixa, & eius putamẽ detrahito

trahito,& ipſum diligẽter cõterito,& naſturtij ſemini elixo adijcito,& vnà feruefacito, atq; ſi ve- E
lit ægrotãs, edito, ſin id nõ poſsit,aquã potato: aut taurinos renes fricos potui dato:aut veterem caſeũ acri aceto incoctũ ieiuno eſui dato. *Ad vrinæ difficultatem.* 182.

Pagurum fluuiatilem conterito, & panniculo expreſſum potui exhibeto:aut fœniculi radices ad tertiam partem decoctas laboranti propinato.

Ad exterius prominentes ani tumores. 183.

Viuã calcẽ & recens arſenicum in vnũ miſta iponito. *Ad artuum dolores.* 184.

Quinqueneruiũ & ſcorpidiũ & acetũ modicũ miſceto,& locũ oblinito:aut ſinapi & caricas in vnũ conterito,& in balneo ſuperdato. *Ad dolorem genuum.* 185.

Maluam,hordei farinam,lini ſemẽ vnà contere,& in ſartagine cum oleo fricta loco impone.

Ad oſſa fracta. 186.

Accipe picẽ,thuris puluerẽ,palmulas,maluæ florem, oui album omnia miſta iponito,& ſtupa ſuperaddita,calamis ac faſcia deligato,ſanabitur. *Ad quartanam.* 187.

Vinum vetus triſaginem incoctam habens ter potui dato.

Ad morſum ſcorpij. 188.

Teſtã igne candentẽ impone:aut alã ex melle potui dato:aut humũ reſpiciens ,quem lapidem F
premebas eum imponito. *Ad veneficia & præſtigia.* 189.

Caridion & latum cuminum & zochij radicem ad tertiam partem decoque , & ex vino vetere potui da:geſtet & glaneum oſſa.hæc enim ſuffita demonas abigunt.

Vt mulier concipiat. 190.

Leporis vterum frige,tritumq; aſsidue propina,habeat autẽ & leporis ſanguinem: aut vulpis ſtercus cum ſeuo bubulo miſce,& mulieris viriq; genitalia inunge.

Ad fœtum in vtero mortuum. 191.

Muliebre lac cũ melle & radicibus amarãthi potui dato,& exibit. *Vt lac abundet.* 192.

Fœniculum & anethum cum melle & vino decoque , & quotidie mãmas obline:lacte mulier affluet. *Ad vteros.* 193.

Auem iugulato , & feſtucam lineo panniculo inuolutam intra auem condito, atq; ita elixato: *
ius potui dato:ſuito vero auis oculos,& manetarem verum,& caridion vre,& propina.

De inuoluntario mictu. 194.

Gallinæ gulam gutturi annexam conterito,& vrito,ac iterum diligenter terito,& ex vino vetere potui dato. *Ad roborandum penem.* 195. G

Rapi ſemen tritum melli admiſceto,& panniculo attrito illitum peni circundato.

Ad ſcabiem vnguium. 196.

Sinapi mentamq; ex aceto coctam imponito. *Ad intertrigines.* 197.

Muſcum marinum aquæ marinæ incoquito,& expreſſo humore imponito.

Ad podagram. 198.

Accipe myrrham mur vocatam,herbamq; policarem,aut pyzurcatum myſtri mẽſura ex aceto,pedes illinito. *Ad roborandum ſtomachum.* 199.

Accipe lignum aloes , acorum,cyperum,maſtichem, thus,nigellam, fœniculum,& ſpanthos, *
valde conterito,& in vnum corpus redigito,& ex ſucco punici mali & melle ſuper carbones cocto potui offeras. *Ad ſputum.* 200.

Roſaceum zupha,aut hyſſopi,quod ad tuſsim facit,& anguſtiam & dolorem pectoris,cõpoſi
tio hæc eſt.Accipe manuſiacorum drach.ij.vnapia,vel zinzipha numero viginti,zepiſtania,vel *
myxia totidẽ,ficos aſpr.dulces numero.xv.aut dulcem radicem ſemitritã mẽſura drachmæ: chaſ- *
chaſis contuſi,vel papaueris capitulorum drach.v.pareſauſa,vel polytrichi. drach.ij.aneſuen vel *
dulcis aneſi drach.ij.tolme caraus,vel apij ſeminis drach.ij.vuas paſſas , grana bona logarice.s. H *
zupha vel hyſſopi drach.iij.rhazani,vel ſeminis fœniculi drach.duas.vuas paſſas , granaq; miſta *
lauato,& emoſchaſum ex aqua refrigera per diem vnum & ſummo mane:vt elixatum cũ prædi- *
cto videlicet logaricyon vnc.iiij. & tantiſper decoquatur,donec aquæ remaneat logarica vna & *
ſemis:& tunc percoletur,vt certe ſciatur in ipſa nullam remanere materiam,deinde ſacchari loga *
ricam vnam addito,vt zulapion fiat : & quotidie vnum potato per dies octo,& oleum amygda-
linum inſtillato. *Ad vomitum biliosum* 201.

Bilem vomẽtibus huiuſmodi cataplaſma adhibendum eſt,quod ex his conſtat: palmulis,ficis, gallis in vino aut poſca incoctis & pane exceptis:acacia præterea,hypociſtis,& balauſtia,& rhus cataplaſmatis adijciantur:itẽ cucurbitula magna cũ multa flãma ſtomacho ſi affigatur,bene facit. cibus paucus & crebro exhibendus eſt. Verũ ad atram bilem vomentes & ſtomachum inflatum ſpongias aceto acerrimo calido imbutas adhibeto,aut ex ederæ foliis vino incoctis cataplaſma facito. *De ſingultu.* 202.

Singultus aut ex repletione,aut ex inanitate , aut ob acres humores ſtomachũ mordentes excitatur,quibus vomitu reiectis deſinit.pleriq; autem,ſi compoſitione ex tribus piperibus deuorata,mox vinum biberint,ſingultire ſolent.cibo præterea in mordacem qualitatẽ corrupto quidam

Adam ſingultiunt:vomitum ſanè ob plenitudinem,aut morſum ſingultientibus remedio eſſe inue
nimus:caliditatem iis,qui ex refrigeratione:ſi vero ex humorũ copia ſingultus fiat , euacuare ve-
hementius oportet,id ſternutatio præſtabit : ſed ab euacuatione ſingultus ſternutatio non curat:
ſingultientibus autem ruta ex vino danda eſt,aut nitrum ex muſſa,aut ſeſeli,aut daucum,aut cu-
minum,aut zingiber,aut calamintha,aut nardum gallicũ:hæc ſingultibus ex cibi corruptela,aut
ex frigore,aut ex multitudine ciborum auxilia ſunt.ad eos vero , qui ob frigidorum,aut craſſorũ
ſuccorum multitudinem ſingultiunt,caſtorium ex poſca potui datum bene facit:cuti quoque ex
oleo vetere cucumerino illitum prodeſt:ſcillinum quoq;,aut muſſum acetum potum iuuat: item
ſpiritus retentio magnifice ſingultum diſcutit.

Ad pedum intertrimenta,ſciſſuras,& perniones. 203.

Rubricæ vel ſinopidis,& cimoliæ paribus portionibus ex caprifici ſucco illinito. Aliud.
Ederam,calamintham & ſalem in aqua ſimul incoquito diligenter , ac pedes ſemel atq; iterum la
uato,& ſanitatem recuperant. Aliud. Muriam craſſam calidæ aquæ admiſceto , ex ea pedes
ac perniones foueto.Tertium,ſal,cuminum,oleumq; miſceantur,& prius inunctos pedes illini-
to curioſe:nam per occultos ſenſibus meatus materia elabitur.

B *Ad podagram.* 204.

Semperuiui ſucco diligenter cocto vtere. Aliud. Vini ſuccum aſinino lacti,ac dulci vino
* admiſce,& illine. Aliud. Phocæ,leonis,lupi,aut vulpis corium ſiquis elaboret,& calceos ge
ſtet,pedes non dolebit. Aliud. Veſpertiliones tres aquæ pluuiatili incoquito , deinde hæc
aquæ adijcito lini ſeminis triti vnc.quatuor,ouа cruda tria,olei cyathum vnum,bubuli ſtercoris,
ceræ vtriuſque vnc. quatuor, omnia in vnum corpus redacta ſubigito , & cubitum eunti ſemel
atque iterum applicato.

Aceti ſcillini confectio ex Galeno. 205.

Salubre optimum acetum ſcillinum à Pythagora ſcribitur , quo omnes imperatores vſi ſunt:
ab ipſius auctore fertur : quicunq; hoc vtantur , longæ vitæ fore,& eius extrema integra vſq; ad
finem permanſura:& ipſe quidem Samius ſenex huiuſmodi extitit.quantum enim temporis vi-
xerit,haud ignoras:de ipſo enim in libro traditum eſt,q; cum ſuis conſanguineis hanc facultatem
cõmunicauit.cumq; hoc medicamẽto vti incepit,quinquageſimum annum natus erat,& vſq; ad
centeſimumdecimum ſeptimum vitam produxit integer,& nulla vnquã aduerſa valetudine ten
tatus,hæc ſanè medicamenti author diſſeruit,q; fortaſſe vir philoſophus erat mentiri neſcius : nos
C autem viri huius fidei periculum fecimus,ac firmam conſtantemq; huiuſce medicamenti faculta
tem eſſe teſtamur.Oportet igitur ſcillam montanam libræ vnius ponderis capientẽ dura circũci-
dere,& mollia minutatim concidere,& aceti acerrimi ſextarios octo in vitreum vas mittere , atq;
obturare:ac per triginta dies in canículæ caloribus,vt maceretur permittere, deinde ſcillam ex-
tractam exprime.id genus aceti parum mane ſorbeto.tibi enim hæc euenient,vt ne fauciũ oriſq;
partes vnquam remolleſcant,os vẽtriculi bene valebit , facile ſpiritum duces , vox recte habebit,
oculi acutiſsime cernent,aures in officio manebunt,nulluſq; flatuoſus vapor in ventre vnquam
excitabitur,nullum viſcus ſuſpenſum erit:bene ſpirans.bene coloratus deges,ad ciuilia negocia
recte affectus,non acidum , non ſalſum ructabis,ſi aliquid aceti huius aſſumpſeris:& ieiunus vt
aſſumas præcipio,ſeptemq; poſtea ſtadios deambules,ita enim diſſoluetur.Hoc aceto qui vtitur,
* in victu quãuis licentioſus eſto.omnia enim cibaria conficiet,& à nullo vnquam offenſam patie-
tur,neq; valde implebitur,ſed in melius proficere videbitur , nihil ſuperuacui in corpore reſide-
bit,non flatus,non bilis,non ſtercus,non vrina,ſed omnia facile excernit atq; educit , aluus lubri-
bit,non flatus,non bilis,non ſtercus,non vrina,ſed omnia facile excernit atq; educit , aluus lubri-
ca omnino eſt,totiusq; corporis purgatorium eſt medicamentum , etiã ſi in oſsibus ſordes inhæ-
rent:item phthiſicos ab omnibus deploratos hoc medicamẽto ſanitati reſtitutos nouimus,mor-
D bo comitiali diuturno efficaciter profuit,vt niſi poſt longa temporis interualla non redierit,inci-
pientem vero ac nouum perfecte diſcutit , neq; reuerti amplius hunc affectum permittit:ad po-
dagras præterea,& articulorum morbos,iecoris,lieniſq; durities vehementer facit:& particula-
res quidem aceti ſcillini effectus hi ſunt:communes autem quamplurimi,quibus nos cõmoti ſa-
lutare hoc medicamentum ſanitatis integritatisq; cauſa tibi tradidimus. Deficit.

Vini ſcillini compoſitio ex Galeno.

Vinum hoc potui datum omnem ſanitatem affert.humores enim attenuat,ſed maxime pitui-
tam,neq; ipſam in ſtomacho,aut ventre,aut capite,aut iecore,aut liene,aut neruis,aut oſsibus cõ-
gelatam,neq; ipſam in ſtomacho,aut ventre,aut capite,aut iecore,aut liene,aut neruis,aut oſsibus cõ-
gelatam,neq; ipſam in ſtomacho,aut ventre,aut capite,aut iecore,aut liene,aut neruis,aut oſsibus cõ-
ſiſtere permittit,neq; alium id genus tenacẽ humorẽ obſtructiones facientem,ſed oĩa diſſoluit,&
ventrem lenit,atq; ita ſubducit,& vrinã mouet,& p ipſam cauſas attenuat excernitq;:adeo vero
caput purgat,vt nares humiditate vacent. cõmodum eſt podagrę, articulari,& comitiali morbo:
deniq; oĩs ſanitatis auctor eſt,ex his conſtat,ſcillã albam montanam circiter canis exortũ accipito
in libræ pondere , per dies decẽ in vmbra refrigera : deinde ſcillæ folia refrigerata in vitreum vas
mitte,& vini albi veteris ſextarios duodecim ſuper funde , & ſuſpẽſum vas per quadraginta dies
habeto,poſtea ſcillã exime,& abijce, & vino ad antedicta vitia vtere,& eius vim percipies,ſub-
inde ante cibum vini duas vnc.exhibeſin à cibo,vnciam mediam. q; ſi ipſum potui commodum

efficere

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

efficere velis,vt magis delectet,mellis sextarios duos,aut tres admisceto. E

Medicamentum,quod manducatum stomachi pituitam detrahit,gargarizatum caput purgat. CAP. 206.

Origanũ, gũmi, hyssopũ,sampsucũ,pulegiũ,thymũ,passi vncijs.iij.incoqto,donec vna remaneat,& gargarizandũ dato:excutit.n.et pulmonis materias, si edat:id aũt quotidie facito,probatũ est enim. *Ad vrinam reddentes ægre,aut nequaquam.* 207.

Lectuli cimices terito, & vrinarum foramẽ illinito, statim vrina decurret.id etiam ad pueros mingere nequeuntes benefacit.

Ad calculosos,& vrinam prouocandam. 208.

Baccarum lauri,& piperis æquas portiones terito & cribrato, & ex mulsæ mensura vna exhibeto:mulsa vero calida esto. Aliud lapides atterens, & mulieribus virisq; vrinam prouocans. Lauri corticem aquæ incoque & permisce,sorbendumq; propinato:vehementer facit.

Ad sanguinis mictum. 209.

Accipe zingiberis drach.ij.brassicę seminis drach.iiij.papaueris drachmã succo excipe,& globulos facito,laborantiq; exhibeto. *Ad vrinæ stillicidium.* 210.

Thymi & fœniculi æquas portiones conterito,& ex aqua temperata calida potui dato. F

Ad dolorem viæ vrinariæ,& difficultatem mictus,atque anhelitus,& ad sanguineum lotium,& calculum. 211.

Asari,myseos,nardi gallici,æquas portiones accipito, melle attico,cuius spuma abiecta sit,excipito,& dato nucis ponticæ magnitudinem:facit enim etiam senes cõualescere:quibus effluxus siccior est,eumq; validiorem reddi. *Ad inuoluntarium vrinæ exitum.* 212.

Lilij radicẽ elixam potui dato.Alterci quoq; succũ aut semẽ in vino & lacte maceratum corio cerui includito, & dextro femori appendito, miraberis. Aliud. Apri vngulas vstas ex vino potui dato:aut galli testem vstum edendum apponito. *Ad inuoluntarium mictum.* Cochleam cum testa vstam tritamq; ex vino cubitum eunti potui offerto.

Ad difficultatem vrinæ & calculum. 213.

Lini semen,piper,petroselinum tusa & creta ex condito accipe cochlearium vnum.

Ad exterendos calculos expertum. 214.

Scorpionis marinos exiguos tres integros comburito,& cinerem ex condito propinato.

Ad supprimendum aluum. 215.

Rhun atq; oryzam vino incoque,donec tertia pars remaneat, & per inferiores partes immitte:aut vinum austerum,in quo hirci iecur incoctum sit,potui dato:aut gallas vstas bene terito,& suillam adipe misceto, frictasq; ex aceto esui dato laboranti * piperis drachmam, farinæ lupinorum drachmas tres,mellis ligulam. G

Ad citandum sudorem,& finiendam febrem. 216.

Cachryos semen ex oleo illitũ,aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum hora vna interullo post accessionem. *Ad canis morsum.* 217.

Vrticę semẽ emplastri modo ipositũ,aut nigri marrubij folia similiter,aut apiastrum ex vino potum,vel morsibus impositum,aut allium illitum,aut assum potui esuiq; datum. *Ad morsus canis rabiosi.* Brassicæ folia cum lassere ex aceto trita imponito.p se.n.brassica rabiosi canis morsibus aduersatur,& ipsius decoctum potui exhibitũ.elixa autẽ brassica ante alios cibos assumpta phthisicos sanat,& arteriæ vitia emendat:contrita vero & lieni superdata ipsum consumit.

Ad anginam & colli dolorem. 218.

Alba populus arida,trita,& ex melle illita collo,aut nasturtij semen,& columbinum fimum ex melle instar cataplasmatis imponito.

Ad internas ani prominentias. 219. H

Amaranthum aqua maceratum mane vesperiq; potui dato.

Ad lienem cataplasma Valde efficax. 220.

Inulam,sinapi,baccas lauri ẽm proportionem accipe & tere,deinde nucis nouæ corticem parum contundito,mox in pilam coniectum validius terito,& eximẽs aceto acri macerato per triduum,& omnia in vnum redigens cũ succo Tiberiadis vsq; ad cataplasmatis temperaturam decoquito:& lieni summo mane per octo dies imponito euacuato prius ventre, atq; miraberis.

Aliud ad cõminuendum lienem. Capparis radicum vnc.iij.calcis viuæ vnc.iiij.contusas cribratas aceto q; cõmistas imponito non diutius horæ spatio,totus lienis absumit. Aliud. Brassicæ decoctum solum ex aceto mulso ieiuno potui dato:aut rubi radicem vsq; ad tertiam partem decoque,& decoctum per triduum dato. Aliud. Corticem nucis ex aceto ac melli incoctam ieiuno propinato:aut ferrum candens in mulso extinguito,& potui dato:admirabile est.

Ad nigros dentes. 221.

Palmularum ossibus mastiche & melle dentes per septem dies perfricato:& albi redduntur.

Ad lumaricos alui. 222.

Lupinos,lauri folia,ac fel bubulum misce,vmbilico impone:id bene facit.

Ad interiores

A *Ad interiores exteriores q; ani prominentias.* 223.

Amylũ,picẽ,aquã vnà feruefacito, donec tertia pars remaneat,ac per septem dies potui dato.

Ad dolorem aurium. 224.

Vitis racemum capiens in sartagine frigito cum oleo,auriq; instillato',& conualescet.

Ad hirudines. 225.

Aristolochiam terito,& sale conspergito. *Ad calculosos.* 226.

Lauri baccas piperq; misceto æquali, & ex mulsa mystrũ vnũ dato. Aliud calculos frangens. Lauri corticẽ aquę incoquito,quoad tertia pars supsit,& sorbẽdũ exhibeto. Aliud calculos frangens. Turturis stercus vstũ ex mulsa ꝑbeto,lapides.n.ꝑ vrinã exturbat. Aliud exptũ ad calculos.Struthij,rhu põtici,capparis,singulorũ drac.accipito:dato quotidie ex vino albo drach,& per mictũ subsidentiã calculosam eijciet. Aliud. Origanũ in aqua vsq; ad tertiã decoquito,& decocti cyathum vnum potui dato. *Ad stillicidium,& difficultatem vrinæ,& primo ad stillicidiũ.* 227.

Fœniculi seminis,palmarũ thebaicarũ pares portiões cõterito,& ex aqua tẽperata calidas propinato. *Ad vrinæ difficultatẽ & stillicidiũ.* Costi,mellis,aquę cyathos nouẽ accipe,des potui crate rẽ mercede prius petita. Aliud. Cyperi asiatici triti cochlearij vnũ,ex vino meraco,aut ex mel
B le exhibeto.periculũ de ipso factũ est. *Ad vrinæ difficultatẽ.* Petroselinũ macedonicũ terito,& ligulã vnã exhibeto. *Ad stillicidiũ.* Cucurbitã aridã cõterito,vt farinę instar sit,cuius exiguũ cochlearij ex aqua potui dato. *Ad mingentes in stragulis.* Leporis cerebrũ ex vino ꝓpinato. Aliud. Vesicã assam esui dato per triduũ aut cyperũ tritũ * potui dato:aut leporis testiculũ ex vino odorato tepido ꝓpinato. *Ad stillicidiũ.* Thus accipe, & in vino diutius feruefacito, propinatoq; per triduũ * :accipiens raphida marinum piscículũ comburito, & potui cinerem offerto. *Ad impetigines.* 228.

Cornu ceruini ramenta acerrimo aceto incoquito,vsq; dũ tertia pars remaneat,ex eo illinito.

Ad feras impetigines. CAP. 229.

Hordei farinã aceto acri permistã ꝓponito:aut hastulę regię radice ex aceto trita illinito frequẽter:aut lineũ pãiculũ super candẽti ferro cõburito & illinito,aut nucis virẽtia folia cataplasmatis modo ꝓponito:hoc & ad scabiẽ facit. *Ad penis dolorẽ,& inflãmationẽ.* 230.

Cuminum & ouorum putamina bene decoquito,& foueto:effectum miraberis. *Ad impetigines.* 231.

Allium:& theaphen,aquam & oleum,omnia misceto,& illinito. 232.

∴C *Cataplasma ad vulnera recentia à gladio aut ligno illata.*

Salicis folia trita imponito,& sanguinem profluentem supprimes,& vulnera glutinabis,atq; sanabis:aut ouillum fimum ex oleo tritum instar cataplasmatis imponito.

Ad pernicioſa medicamenta. 233.

Rutã,ficũ,& nucẽ terito, ac ex vino potionẽ dato:aut fulicę sanguis liqdus ex oleo potus seruat:à potu venenosi medicamẽti,& à viperę morsu liberat. *Ad fluctionem gutturis.* 234.

∴ Nido hirũdinis trito ex aceto illinito. *Ad mammarum mulierum tumores.* 235.

Caprinum stercus aridum ex vino meraco imponito,inflammationem enim digerit.

Ad dolorem capitis lupinum. 236.

Suillum fimum cõburito,& cinerem melli admisceto,caputq; rasum inungito,ac super brassicę folia dato. *Ad tussim & hecticam febrem.* 237.

Styracẽ & brassicę succũ simul tento,& fermẽtatos ieiuno,& cubitũ eunti exhibeto: aut laurei olei,& vini generosi vtriusq; drach.iij.misce & calefacias * in balneo interius:& vinũ oleũq; calidũ tẽperato,& stomachũ foueto. Aliud. Lixiuiũ pcolatũ calefacito, & tussiẽtis pedes foueto,& spõgia detersos illine,& foue:id vero tussibus medeꝛ. *Ad tusses.* 238.

∴ ∗D Relinã ex vino vetere tritã ieiuno potui dato & pulegiũ ĩ posca decoctũ, & beronicẽ cũ melle fermẽtatã esui dato:aut raphanũ tostũ mane ac vesperi edẽdũ apponito:aut butyrũ ĩsulsum,quãta est nucis auellanę magnitudo,deuorato. *Ad humores pectore contentos.* 239.

Vrticæ folia cum ptisana decocta potui dato,bene facit ad inflationes,& materiam ex pectore euocat. *Ad tusses.* 240.

Fenumgręcum,quoad tertia pars superst,decoque,& iusculũ summo mane ex melle exhibe. 241.

Tragacantha vino madefacta & in potum assumpta vocem splendidam reddit.

Ad vocem amissam. 242.

Styracẽ terito,& ex aqua globulos amplitudinẽ cicerum æquãtes cõficito, & tertio cũ dederis, statim loquẽt. *Vt capilli & barba crescant,si decidunt.* 243.

Betam,& myrteum oleum,& polytrichũ misceto,capillosq; oblinito:aut adiantũ,& ladanum æquis portionibus terito ex ĩmaturo oleo:aut myrteo, aut lentiscino,& illinito. Aliud. Ladanũ in vinũ aminęũ myrteumq; oleũ mittito,& terẽs vtrũq; ad mellis spissitudinẽ redige : caputq; in balneo perunge:melius est & illud adiantum,quod nõnulli polytrichon vocãt,si septima pars ladano addatur,& illinatur. *Ad renes dolentes* 244.

Cum pulegio farinę furfures decoquantur,& ius pcoletur,spongiaq; eo imbuta fomẽtum fiat.

Galeni

GALENI DOCVMENTVM DE PVERO EPILEPTICO.

Nicolao Leonico Thomæo Patauino interprete.

EGo te Ceciliane existimabà ad ægritudinẽ filij tui nostris admonitionibus haud quãq̃ indigere. nam q̃ prius ipsum vidit, & tecũ Athenas iterum nauigaturus est Dionysius, idoneus est & p̃sens facere ea q̃ opus erũt: & rursus discedẽs, ad habitudinẽ ægritudinis cõdecẽtia documẽta relinquere. Ego aũt q̃ nunq̃ puerũ hũc vidi, forsan multum decipi possem: cũ neq; à principio morbi qualis fuerit ipsius natura, neq; nũc qualis ob morbũ sit, cognouerim: sed à vobis hoc tm̃ audierim epilepsiæ accessionibus puerũ infestari. Verũ, ne forsitã me suspiceris negligẽtẽ magis q̃ veridicũ scriptionẽ hãc subterfugere: quod nunq̃ antea feci: laborẽ hũc libens subibo, vt tibi rẽ gratã faciã, scribẽdo q̃dam medicinalia p̃cepta pueri epileptici. in qbus necesse est medicæ artis imperitũ decipi & aberrare circa mẽsurã vel tp̃s vtendi. Demonstratũ. n. à nobis est in alijs libris q; nõ cõtingit quẽpiã recte mederi ne minimis qdem egritudinibus, nedũ adeo magnis vt ẽ epilepsia, nisi methodũ aliquã curatiuã nouerit. Atq; Dionysius mihi iã cõicauit, & mecũ prius cõsideravit de tota pueri curatione, quã tu mihi ipsueris, vt hæc documẽta cõscribere. Dionysioq; meã tum ipse sniam facile manifestaui, cũ intelligeret, oia q̃ ego dicerẽ, nihilq; ille obaudiret, ceu methodi curatiuæ valde peritus. Tecũ vero neq; quõ sermonẽ, institutã noui. nã accuratus distinctionibus multis indiget, & obscurior est q̃ imperito hoi cõueniat: breuis aũt & manifestus haudquaq̃ accuratus esse põt. Quapp subuerebar tibi documẽta cõscribere: q̃uis rẽ tibi gratam facere pcuperẽ: existimãs mihi simile qppiã euẽturũ quale Phidię vtiq; accidisset, si postq̃ Palladis simulachrũ absoluit, qspiã illum coegisset separatim digitũ, manũ, pedem, nasum, aures, singulasq; cor poris partes effingere. Ego vero methodũ curatiuã tanq̃ quoddã simulachrũ in pluribus cõmentarijs à nobis scriptam fuisse arbitror, q̃ nõ modo iperitos hoies, sed ne medicos qdẽ quoscũq; iuare nõ potest. Qm̃ aũt cogis me de parte vna artis curatiuę sermonẽ facere seorsum ab aliis: tuæ cedo volũtati & pareo: atq; in tuã gratiã documenta scribo: q̃ tibi in hoc sufficient. satis. n. est medicæ artis inexpto nõ magnũ aliqd & irremediabile, in medicorũ p̃ceptis cõmittere, p̃cipue cum didiceris legitime versari in his cõmentariis. Eruditis igit illis curatiuę methodi negociũ scriptũ est: tibi aũt & aliis, qui nonnullarum rationalium artium sciẽtes estis, medicinę autem inexperti, arbitror, fortasse nonnihil vtilitatis & in his cõmentariis, proueniet. Conabor aũt quantum fieri poterit manifestissime enarrare quanam vtens puer diæta non parum iuuetur: & ab accidentibus quotidie ipsum inopinate inuadentibus minime lædatur.

CAP. 2.

Conuenit igitur in primis quantum fieri potest hęc obseruare. Nãq; puerum necesse est interdũ occurrere magnis frigoribus, in mensis caloribus, ventis validis, balneis malis, cibarijs caput tentantibus, rotarũ obuolutionibus, corruscationibus p̃terea, & tonitruis, & vigilijs, & cruditatibus, tristitięq; etiam, & iracundiæ, & lassitudini, atq; aliis huiuscemodi rebus, à quibus (vt summatim dicam) corpus vehementer moueri & perturbari solet: atq; in reminiscentiã quandam morbi referri, & ad generationem paroxysmi deduci. Hæc igitur conuenit, multo ante caueri. etsi q̃nq; his pręcedentibus paroxysmus succedet, tunc ab omni penitus motu oportet illum remouere, & domi continere, & victu valde tenui illum nutrire, donec à paroxysmi incõmodo liberetur. quis aũt sit tenuis victus, quãuis arbitrer te cognoscere, tñ si ea quæ sequuntur perlegeris, aliquid etiam de ipso percipies.

CAP. 3.

Tẽpus itaq; est vt huiusce rei documenta tradere aggrediar. Accedente vere (nam ęgritudines q̃ reuerti solẽt quodã mõ tũc moueri contingit,) puerũ purgandum affirmo mediocri purgatione. huic aũt purgationi Dionysius p̃sens moderabit, & q̃ opus erunt iperabit, accurate cognoscẽs quo nã modo ad purgationẽ corpus p̃parare oporteat, & quo vti debeat pharmaco, quáve q̃tate, & in quo tẽpore: nã de his inter nos sæpe cõsultũ est. Quare Athenis p̃sentẽ habes Dionysiũ, sed nihilo minus cũ ipso mẽtẽ simul & cõliliũ habes meũ. Post purgationẽ aũt qñ recesserit Dionysius, & puer Athenis remanserit: hanc oportet ipsum victus rõnẽ obseruet. Cũ â cubili mane surrexerit, anteq̃ ad p̃ceptorẽ accedat, mediocri deambulatiõe vtatur, gressu nõ admodũ frequẽti. posthac aũt vsq; ad palestræ tp̃s, disciplinis vacet quibus assueuit, q̃primum aũt ab illis discesserit, vbi mediocriter rursus deambulauerit, ad pędotribã accedat. Hũc aũt pædotribã si quempiã aliũ ex iis qui puero p̃sunt, multũ oportet esse prudentẽ. sed talẽ inuenire difficile est: p̃sertim cũ electio fieri debeat ex hoibus ineruditis & ignaris, nõ minus aiam q̃ corpus hebetẽ & crassam habẽtibus. nõ igitur tanq̃ paruũ hoc te fugiat: neq; cuiuis è populo pueri curã tradas, probe cognoscẽs cp̃ summa curationis in hisce duobus versat, in vsu videlicet à me tibi dati pharmaci, & in exercitii mõ. alia nãq; oia horũ sunt

A rum sunt præparamenta quædam. Pedotribam igitur hũc tecum simul Dionysius eliget. Sit autẽ ipsius scopus in exercẽdo quo ad quãtitatẽ qdem, vt puerũ anteq̃ defatigẽt cessare faciat, necnon vt vniuersum corpus calefaciat, & mediocriter euacuet: ambo aũt in eodẽ tẽpore contingent. Qñ enim quod superfluit sufficienter euacuat, & quantum satis est corpus incalescit, tũc si quis piam ab exercitio cessauerit, q̃scet anteq̃ in defatigationẽ incurrat. exercitiũ vero ab hoc tẽpore vltra, in solida iam agit mẽbra, & corporis habitũ colliquat. aggregat aũt omne id quod colliquat in iũcturis maxime & musculis: ad hocq; seqtur virtutis lassitudo, postea vlcerosus sensus, qñ aliquã corporis partẽ mouere tentauerint, & hoc est ipsa lassitudo. Nõ solũ igitur pædotribã prudẽtem esse oportet, sed ẽt mediocris exercitij expertum, ne citius q̃ par est puerum ab exercitio cessare faciat, secuturam timens lassitudinem, nẽ ue satagẽs calefacere, & complete quod superflui est euacuare, in lassitudinem puerum ducat. Mediocrium igitur exercitiorũ, in quãtitate huiuscemodi sunt scopi: In qualitate vero, vt corroborẽtur oẽs corporis partículæ, maxime caput & ventriculus, & huius præcipue quod ori circũstat. vt aũt quispiã istud assequi possit, nũc dicam. Primo qñ exercitia vehemẽtia caput replent ab his abstinere præcipio. secundo si qñ his vti necesse fuerit, capite erecto quæ infra sunt moueãtur, & ex his maxime crura. tertio à paruis & tardis motiõibus inci-

B piat pædotribã, & sic ad vehemẽtiores & celeriores motus deueniat. nam subito ab intensis exercitijs incipere nõ solũ imbecillibus, sed ẽt robustis corporibus summe pernicioſum est. Considerare præterea oportet, q̃ fricationes exercitij loco habentur, maxime in corporibus imbecillibus: imo sæpenumero solæ, modo recte fiant, aliarũ motionũ vicẽ supplẽt. opus est aũt primum manibus molliter cũ sindone à supernis partibus ad inferna delatis, corpus ad rubedinẽ deducere initio à brachijs & manibus facto, atq; ita ad pectus & ventrẽ deuenire. subinde etiam crura multũ fricare conuenit: vt siquid ex supnis partibus illuc fuerit deriuatũ, cõmode absumat. postremo ad caput deueniendũ est. nã statim à principio ad ipsum accedere periculosum. corpore. n. adhuc pleno existente, ad id quod primo calefit, facile superfluitates attrahuntur. vltimo igit loco post alias corporis partes, caput cõfricari oportet, vt nũc diximus, absq; oleo. qñ aũt & oleũ applicare libuerit, nihil, phibet capitis fricatioñ simul cum alijs fieri mẽbris. vt vnus caput fricet: duo alij pectus & ventrem: & totidem alij crura. sic aũt & post exercitia: immo vero magis tunc, oia simul confricentur mẽbra: ita. n. celerius ad quietẽ corpus deducit, & minus refrigerat. oportet autẽ si de quapiã alia re, de hac ipsa magnã curã habere. Non lauari autem, vt plurimũ cõuenit: neq; statim post

CAP. 4. C exercitiũ palæstram exire. sed postq̃ planè quieuerit spiritus, & ab exercitijs cõmotio prorsus cesserit, atq; tunc etiam sindone caput multũ fricare cõuenit, & sæpenumero pectine vti. Post hæc aũt ad prandiũ eat, & prius quippiã ex ijs quæ ventrẽ molliunt assumat, vel olus, vel salsamẽtum, vel ptissanã, vel oliuas cũ tertia parte panis. reliquas vero duas in cœnæ tp̃s seponat cum valentioribus obsonijs. quę aũt huiusmodi existũt paulo post dicẽtur, si prius enarrauero ex olerum genere oia quæ absq; nocumẽto sumi possunt. Ex oleribus igit, nec à lactucis, nec à malua, nec ab atriplice, nec à blito prorsus illũ prohiberi iubeo, nõ tñ idem semper capiat volo, verũ alias aliud, moderate. ex eodem ẽt est genere beta, & brassica. oportet. n. ẽt ex ijs quippiam moderate gustare. porrum quin etiã interdũ, & apium, & smyrnium degustare conferet: & de horarijs fructibus quicunq; non sunt penitus crudi, aut suapte natura difficulter concoquunt: ij nanq; & suas ipsorũ superfluitates, & aliorum etiam esculentorũ retinere cõsueuerunt. ergo & mora & quę præcocia nominant, & ficus, & siqui sunt eiusmodi notę, sine molestia descẽdunt. Et quę cucurbita dicitur, nihil ab oleribus ventrẽ mollientibus differre videt: itẽ pepones cucumerini (nã q tales non sunt, prauí sunt): maturæ ẽt vuæ aliquantulum qñq; puero concedi potest: mala vero & pira raro & in parua quantitate degustet: & hæc ipsa non solũ vt in arbore sua sint bene cocta, sed etiã domi seruata ad maturationẽ recte peruenerint. Scire aũt oportet eadem poma quæ recenter â matre sunt

D decerpta, & quæ domi depositа reseruant, permultum inter se differre: nullamq; inter sese similitudinẽ habere. possunt aũt conseruari poma piraq; nec non plurimi ẽt alij fructus, & pruna quæ vocãtur damascena, ficus quin etiã quas carycas vocant, ex huiuscemodi sunt genere, & ex arbore palma, dactyli, quorum comestionẽ penitus illi non interdico, sed opportune & moderate illis vti p̃mitto: assidue aũt & multũ illis vti minime velim. Atq; vt semel cõcludã, quicũq; mali succi sunt cibi, vel aluũ astringunt, vel inflãt, vel difficulter concoquunt, si assidue vel plusq̃ conueniat assumãtur, nõ solum huic morbo, sed oibus ẽt alijs nocere solẽt, atq; hucusq; sermo de diætæ modo p̃tractus, alijs ẽt q̃plurimis ægritudinibus conueniens erit: Huiusce aũt morbi peculiaris & p̃rius est, vt caueamus ab ijs p̃cipue esculentis q̃ pituitã generãt. vnde in cibarijs, quæ tametsi in alijs nõ obsint, viscosos, aut frigidos, aut grassos humores generant, haudquaq̃ esse immorãdum cẽseo. huiusmodi aũt sunt atriplex, & blitũ, & malua. quos sanè vt gustet non phibeo, assiduũ aũt eorũ vsum vehementer dãno: ex hoc sunt genere & cucurbitæ: multoq; magis cucumeres, & poma, & pira: & demũ quęcũq; humorẽ pituitosum gignunt, aut viscosum, aut crassum, vel quęcũq; sunt in genere pessimorũ esculẽtorũ, quales sunt q vulgo appellãtur fungi: ab ijs. n. oino abstinere consulo, quẽadmodũ & à rapis, & à quibuscũq; radicibus quæ mandi solent. crassos. n. habent succos, & male concoquunt: exceptis quibusdã quæ acrimoniã quandã & caliditatẽ in se habent,

Universidad del Rosario Archivo Histórico

quemadmodum ſunt dauci & raphani: ſed ex raphanis haudquaq̃ illũ deguſtare prohibeo, verũ E
quodã intercedente ſpatio: à dauco aũt abſtinere condiſcat magisq; ẽt à rapis. in eſculentorũ autẽ
vſu abundẽt illa quæ acria ſunt, & virtutẽ incidendi habẽt: dũmodo inſigniter nõ ſint mali ſucci,
odoremq; habeant q caput tentet. quorũ ex genere ſunt quæcunq; per caliditatẽ replent caput.
quemadmodũ vinum, & ſinapi, & petroſelinũ, & daucus, & cæpæ, & ſmyrnium. hæc. n. vltra mo-
dum inflãmatiua ſunt, & malos humores generãtia. Sinapi vero licet cõueniat ad humores craſ-
ſos incidẽdos, tñ ab eo abſtinendũ eſt, qm̃ caput tentat. in oxymelitis aũt vſu ſecure cõfidat, etiãſi
quotidie ſumere velit. poteſt aũt cappares ex illo comeſſe, & parua quædã ſalſamenta oleo modi-
co ſuperinfuſo, vt cõcinnẽt obſoniũ: quod, pfecto huiuſcemodi ægritudinis, veluti medicamentũ
quoddã reputari poteſt: præcipuæ ſi ſit acetũ ſcilla cõditum: hoc oẽs vulgo iam ſcillíticum vocãt.
quod ego ſi quippiã aliud in hoc caſu ſanè laudo. horũ vero alterutrum ſingulis diebus aſſumere
contenderim, dico aũt vel cappares vel ſalſamenta oxymelite condita. ſi vero puer oxymel bibere
velit, id ſit in promptu & ante præparatũ, & nõ ex tpe ex vtriſq; crudis confectũ. quo autẽ mo-
do ipſum præparare oportet, paulo poſt recenſebimus. cæterum plurima aqua cõmiſceatur. nam
quod ſic factũ eſt, ſuauius reddit. ac hyeme q̃dem calidũ accipiatur: æſtate vero nõ erit malũ etiã ſi
plerũq; frigidum ſumatur, ſi & vehemẽtes fuerint calores, & ipſe vehementer ſitiat, potuiq; frigi- F
do aſſuecuerit antea. nã inter alia ſitim egregie ſedat oxymel nõ valde dulce, præſertim ſi aquæ fri-
gidæ miſceat. mihiq; nõ parũ ſæpe contingit puerũ à comitiali morbo penitus liberaſſe, nõ imu-
tata victus ratione, cũ poſt primã purgationẽ oxymel ſumere, eoq; vti pharmaco iuſſiſſem. Ve-
rum qm̃ neq; filij tui naturã noui, neſcioq; quantũ virium is ſibi aſciuerit morbus, & ipſe aſſiſte-
re nequeo, diuinare haudquaq̃ poſſum, q̃ pauciſsimis indigeat remedijs. Melius itaq; mihi videt
de oĩbus ſermonem facere. Igitur poſt exercitiũ in prandio (vt dictũ eſt) vtatur & q̃buſdam oleri-
bus, & oliuis, & nucibus, & ficubus, cũ ſiccis, tum recentibus: verũ non ſimul quotidie oĩbus, vnũ
enim ſit & ſimplex quod aſſumat: ſed vt victus ratio variari poſsit, de oĩbus verba feci. eodem etiã
tpe (vt dictum eſt) ſi deſiderauerit puer, alij etiam fructus cõcedi illi poſſunt. cum alioquí ab ipſis
melius ſit abſtinere, ne dũ morbi illius deuitandi cauſa, ſed ad integram etiã totius valetudinis in-
columitatem: quẽadmodum vides nos ferme ab oĩbus horarijs fructibus abſtinere. †{ Verũ qm̃
philoſophis in præſentia ſalubris victus præcepta nõ conſcribimus, ſanè perq̃ optandũ erit ſi nõ
ſolũ ad pueri curã hæc documẽta, ſed ad vniuerſam illius vitam facere poterunt. } Eſt igit illi con-
cedendũ vt palàm & tempeſtiue eos comedat fructus, quícunq; magni nõ fuerint nocumenti, ne
clam & intẽpeſtiue illos comedẽs, magis lædatur. qui. n. palàm ab aliqua re, quam valde appetũt, G
prohibentur, ij cum data eſt facultas, plus nimio ingurgitare ſe conſueuerunt. quãobrem pueris
ego plura eſculenta concedere ſoleo ex ijs quæ non valde nocent, vt tẽpeſtiue & palàm illis mo-
derate vtanf potiusq̃, vt diximus, ppter vehemens deſiderium furtim ex his & voraciter aſſume-
re feſtinent. Atq; hæc de cibi ratione ſufficienter ſint dicta. Poſt cibum aũt vbi paululum tpis
intermiſerit, priusq̃ ad ſtudia diſciplinarũ accedat leuiter deambulet cẽſeo. & rurſum vt id ipſum
à ſtudijs rediens ante cœnã faciat ſanè conſulo, quo tẽpore duas reliquas panis portiones quas re-
ſeruauerat aſſumat, item aliorum vnũquodq; ſic (vt dictum eſt) carnes q̃dem ex omni fere auium
genere, præter paluſtres: ab oĩum autẽ quadrupedum eſu præcipue abſtineat. Quòd ſi qñ illis vti
neceſsitas fuerit, domeſtici quídem ſuis extremitatibus & ſtomacho veſcatur, ſyluestris vero car-
nibus vniuerſis bene vti poteſt. hœdorum quinetiã carnes deguſtet, & nonnunquã leporum ẽt.
carnes autẽ oẽs ſint vel ſimpliciter cõditæ, vel ſine nidore aſſæ: ſimpliciter condiũtur ſi aquæ inco
quãtur & anetho, porro, ſale, & oleo concinnẽtur. quonã aũt modo ſine nidore recte aſſetur caro,
clibanũ quod apud me vidiſti, exẽplo tibi eſſe poteſt. ex marino aũt genere cruſta intecta quidem
oĩa nocua, & incõmoda: ex piſcibus vero optimi ſunt ij qui in ſaxoſis degunt locis. ſumere ẽt po-
terit ex ijs qui in alto degunt, quos pelagicos vocant. ex chartilagineo autẽ torpedo ferè ſola con- H
ueniens eſt & cõmoda. cæterum de leguminibus ptiſſana q̃dem præcipua eſt: hanc ſequitur lens,
alica, & piſum: alia aũt ferè oĩa mala. & vt vniuerſaliter dicatur, quæcunq; viſcoſum, & craſſum ge
nerant ſuccũ, ventoſaq; ſunt, & multarũ ſupfluitatum, necnon difficilis cõcoctionis, ſicut ante di-
cebamus, maxime ſunt cauẽda. oſtrea quinetiã oĩa, & chartilaginea ea q̃ σκελάχια vocãtur, & ſquã-
mis carent: pterea bulbi, & cochleæ, & caſeus, & fungi, bouinæq; carnes: & oua in aqua durata, cũ
difficilis ſunt cõcoctionis, tũ craſſos generant ſuccos. alica vero & carnes ſuillæ bonũ q̃dem gene-
rant ſanguinem, ſed viſcoſum. paluſtria autẽ oĩa ſuperfluitates generãt plurimas. legumina vero
oĩa ventoſa ſunt, & pcipue faba, & ciceres, ptiſſanaq; non diligẽter cocta, ventoſa eſt. quãobrem
bene coquere illã oportet, vel ea non vti. lens quoq; bene decocta oẽm ponit ventoſitatẽ: verum
illa non aſsidue crebróve vti oportet, qm̃ humores generat craſſos. Cæterum ad victus quotidia-
ni rationẽ hæc abunde ſufficere poſſunt. Medicamẽto autẽ ex ſcilla, quod tibi tradidimus pur- CAP. 6.
gatione pmiſſa, quodq; primo vere fieri iuſsimus, ſingulis diebus ſecure filius tuus vtatur, priusq̃
ad palæſtram accedat. nam niſi valde magna fuerit ægritudo, & occalluerit, ſperandum ſanè eſt in
quadraginta dierum ſpatio hoc medicamẽto illam perfecte ceſſaturã. qm̃ iam innumeros pueros
nulla elleborí opera ſic curaui. verum poſt purgationem prius, quàm hoc vtatur pharmaco, ſemel
aut bis

† At ſane philoſophis ſalubris victus documẽta non conſcribimus: qd' certe maximopere optarem, nõ ſolum ad huius affectus curationem ſed ad vniuerſam pueri tui vitam.

CAP. 5.

CAP. 7. A aut bis abſinthium ſumere oportet: De oxymelite aũt vt dicamus, id certe acidiſsimũ eſſe cen-
ſetur, quod ad mellis, pportionem quartã aceti habet partẽ: dulciſsimũ vero, quod octauam: aliæ
aũt intermediæ menſuræ quãto ad extremorũ alterutrũ appropinquant, tanto aciditatis aut dul-
cedinis participare vidẽtur. oportet aũt ipſum penitus decoquere. ita. n. quę miſcẽtur, accurate in
vnũ ambo deueniunt: & aciditatis vehementia, quæ in aceto eſt, retunditur: & quod in melle in-
flatiuum eſt, caſtigatur: ſpumam. n. illius, q recte decoquit, auferre debet. nec me præterea latet in
Græcia, & in pleriſq; locis inſularum oxymel etiam ex fauis confici ſolere, quo etiã tibi ſecure vti
licet, puero præſertim æſtiuo tpe Athenis degente. minime autẽ ad me in præſentia pertinet de-
clarare, qñ dulcius id, aut acidius, vel dilutius, aut meracius exhibere oportet: neq; in alijs parti-
cularibus immorari meũ eſt, ſed illius qui & præſens fuerit, & curandũ corpus quotidie inſpexe-
rit, & de humorum habitu recte conijcíari poterit. in craſsis. n. & viſcoſis humoribus acidiori &
meraciori oxymelite vtendũ eſt: in his aũt qui huiuſmodi non fuerint, dulciori & diluto magis.
eodẽ etiam modo reliqua quæ dicta ſunt oĩa, pro quotidianis corporum cõſtitutionibus cõmu-
tare & variare cõuenit, quẽadmodũ & in oĩbus alijs ægritudinibus facere contingit. Quapropter
ſiquis methodi curatiuæ ignaro & inexperto innumera ẽt perſcripſerit documẽta, haudquaq̃ illũ
B ſufficientẽ efficiet medicũ non modo nõ maximarũ ægritudinũ, ſed ne minimarũ q̃dẽ. Iſtud enim
ſæpenumero palàm oſtendi cũ inueterata vlcera malasq; oculorũ diſpoſitiones ad ſanitatẽ rede-
giſſem ijſdẽ ſanè medicamentis, q̃bus plerisq; ante me vſi nihil pfecerant. Et profecto tpis oppor-
tunitas in vſu vniuſcuiuſq; vt Hippocrati placuit, poſt quantitatẽ ad vires diligenter accõmoda-
tam, reliquũ vtilitatis apportat. nã pharmaca potius ſunt iuuantiũ materia q̃ iuuamenta, quẽad-
modũ ẽt ab excellentibus aſſeuerat medicis. Et meus q̃dẽ vnde exordiũ ſumpſit, finẽ accipiat ſer
mo, haudquaq̃ fieri poſſe vt minimũ quippiã quod ad artẽ pertinet ptractare recte valeat is, qui
CAP. 8. artis penitus ſit ignarus & expers, ſed illi ſemper aſsiſtẽtis peritj opus eſſe. Verum qm̃ plerisq;
ſcillæ ſuccum non recte conficiũt, qñ id tibi ẽt cognoſcere cordi eſt, huic ego ſermoni adiungam,
quonã modo illũ cõficere ſim ſolitus. Vas quodpiã accipio à quo extractũ fuerit mel. meliterium
id Græci vocãt: in quod ſcillã conijcio manibus priusq; illã in exiguas diſcerpens particulas. poſtea
bene apto operculo illud obturans, extrinſecusq; pelle circũdans, & diligenter colligans, in loco
quopiã meridiẽ ſpectãte colloco, qui à borealibus oĩno non perfletur ventis. id aũt facere ſoleo ea
anni parte, in qua caniculam exoriri oẽs aſſeuerãt Græci: quadraginta aũt huiuſcemodi ſunt dies:
vigínti q̃dem ante, totidemq; poſt exortum. paulatímq; in ijs diebus vas illud ad ſolem cõuertere
C ſoleo, vt ex oĩbus ſimiliter partibus incaleſcat. tranſacto poſtmodum præſtituto temporis ſpatio,
vas illud aperiens, in illo reperire ſoleo ſcillæ partes elixis ſimiles, ſuccumq; ex illis in vaſis fun-
do quendã defluxum, quẽ colligẽs, q̃ optimo melle concinno. Huius ſingulis diebus, cui dare vo
luero, cochlearis pleni menſurã præbeo, pueris q̃dem minoris, adultis vero maioris. Quinetiam
ſcillæ ipſius carnes accurate contundens, illasq; cum melle diſſoluẽs, & cõterẽs: ex illis cochleare
vnum vt dictum eſt, præbere conſueui: quod ſanè quo ad vires & efficaciã ſecundum à prædicto
locum obtinet. Cæterum quicũq; ſcillam elixantes, illam poſtea conterunt, illius proculdubio vi-
res reſoluunt quemadmodum, qui iſtud ipſum ex aceto faciũt, pharmacum quidem validum ad-
modum conficiunt, verum neruis non innoxium.

GALENI IN LIBRVM DE NATVRA
D # HVMANA COMMENTARIVS SECVNDVS,

Nicolao Macchello Mutinenſi medico interprete.

Hunc librum Galenus inter Hippocraticos non agnoſcit.

EXpoſuimus in horum cõmentariorum priore librum ipſum de hominis natu-
ra. Nunc autem ea aggrediemur, quæ ipſi improbe fuere adiecta, & ipſa haud
inconcinne elaborata. Etenim liber quidam exiguus eſt, in quo de ratione ví-
ctus ſanorũ eſt ſcriptum. & videtur q̃dem eſſe cõmentarium Polybi Hippocra
tis auditoris. Hic vero inter hũc & librũ de hominis natura adornatus eſt, aſcri-
ptus nimirũ ab eo, qui primum duos hoſce libellos in idẽ coegit, ſcilicet ipſum
Hippocratis cõmentarium de hominis natura, & cõmentarium Polybi de ra-
tione victus ſanorum. Nam quo tpe Attalici & Ptolemaici reges inuicẽ in comparandis libris de
munificentia contendebant, malitia initium habuit circa ipſorũ cum inſcriptiones, tũ apparatus,
in ijs nimirum, qui ad reges, vt argentum acciperent, libros illuſtrium virorum afferrent. Cum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

igitur libri vtriq; & qui de hominis natura, & qui de ratione victus sanorum, parui essent, quidã E ob paruitatem vtroſq; despicabiles esse arbitratus, ambos vnà coniunxit. & forte alius qdam, vel ẽt ipse qui primus ipsos coniunxit, q̃dam inseruit inter vtroſq;, quæ nimirũ hic sumus tractaturi.

Verum præter illa & hæc nouisse oportet, Quòd morbos, qui à repletione fiunt, vacuatio sanat: morbos vero, qui ab vacuatione, sanat repletio: eos vero, qui à laboribus fiunt, sanat quies: & quos recens ocium parit, labor sanat. In vniuersum autem medicum scire est opus, contrarium aduersus constitutas instare ægritudines, & formas, & tẽpestates, & ætates; & intendentia soluere, & soluta intendere. Ad eum.n.modum laborem maxime sedari posse, nosq; curationem id esse crederemus. 1.

Dioscorides cuiꝰ lineæ totius huius dictiõis id signum præscripsit, quod obelum vocant: Quo signo & Aristarchus apud Poetam vtebatur iuxta sibi suspectos versus. Id vero Dioscorides fecit, quòd coniectaret propositam dictionem esse Hippocratis Thessali filij. Magni enim Hippocratis ij duo filij fuerunt, Thessalus, & Dracon. Qui rursum vtriq; Hippocrates genuere. Hæc circa dictionem dicta sunto. Conuenit autem vt vbi nos seorsum quancũq; explicuerimus, ipsarum habeamus rationem. Morbos qui ex repletione fiunt, euacuatio sanat.† Non est idem dicere repletionem, & euacuationẽ, & vnũquodq; eorũ quę dicunt consequẽter morborũ eiusdẽ habitus F causam esse (συνεκτικον αἴτιον vocant) ac fieri qd vel per repletionem vel aliquod aliorum. Etenim verum est q̃ aliquí morbi per repletionẽ, vel à repletione fiant (nihil.n.interest si dicatur hoc vel illo modo.) sed minime verum est, repletionẽ morbi causam {eiusdẽm habitus} esse. Nanq; morbus ipse affectus est quidam in corpore animantis qui primum lædat functionem, sicuti demonstratum est in cõmentario de differentijs morborum: repletio autem non primum lædit functiones, sicuti & hoc rursum in sermone de plenitudine est ostensum, sed interueniente quodam alio affectu: quẽ affectũ sanè aliter Erasistratus, aliter vero Asclepiades, & aliter ij Medici q Pneumatici sunt vocati, statuunt generari. Nos vero etiam copiosius diximus, quomodo morbi ab vtraq; plenitudine fiunt. monstratum.n. fuit plenitudinem duplicem esse: alteram quidẽ vt ad vires: & alteram vt ad vasorum cauitatem. Ea igitur quę ad vires comparatur, & succos ad corruptionem ducit, & fluxum mittit in partes corporis infirmiores: Quæ vero ad infusionem, & ora aperit, & disrumpit vasa, & aliquando mortem subitam affert, si forte perspirationes corporis obturarit. Sanatio igitur dicitur non solum ipsorum morborum iam factorum, sed etiam eorum quæ morbos creant. Quòd siquis in ipsis nomine proprio vtatur, eiuscemodi morborum causas antecedentes appellarit (græce αἴτιαι προηγούμεναι) id quod fecit Athenæus. Rursum vero id à quo eiusce- G modi causæ ipsæ antecedentes fiunt, præuidentem, & prægressam nuncupabis (græce προκαταρκτικὰ & προκατάρχοντα) Ciborum igitur copia, & crudítates, & lauacra, & exercitatio intempestiua, cæteraq; omnia quæ narrauimus in libro de præuidentibus causis, idonea sunt vt generent causas antecedẽtes cuiusq; morbi. Morbos vero qui ab vacuatione, sanat repletio. Qui hanc dictionem scripsit, improprie videtur vsus fuisse nomine repletionis hoc est πλησμονῆς: Cum omnes quidem non medici solum, verum etiam alij Græci nomen repletionis magis quodam modo referre consueuerint excessui ab moderata quantitate, non vero vacuationem emendare per aduersam immoderantiam. Deinceps igitur sermonem audito qui immoderantijs patrocinatur. Cum igitur quædam moderantia fit in cibis, ad habitum profecto cuiusdam sani hominis collata, defectus & excessus per comparationem ad hosce intelligetur. Verum qui ab vacuatione est implendus, quantitatem adaugebit eius moderantiæ quam antea ipse habuisset. Si.n.quantum cibi ante vacuationem offerebat, nunc etiam offeratur: nunq̃ sanè, quod vacuatum est, reponetur. Artificis autem est ipsorum auctionem moderari, neq; intẽpestiue neq; repente affatimq; quod vacuatum est implere. Nonnulli vero medici sunt qui opinantur, nunq̃ vacuationes morborum causas esse: Ipsas enim solum parere inquiunt in viribus quidem infirmitatem, in corporis autem H habitu gracilitatem: at morbum nullum ab indigentia generari. Atquí ij quidem morbos qui accidunt ijs qui immodice fuere vacuati, ignorant. prompte.n. ij ex quibusuis occasionibus perfrigerantur, & rursum celeriter exuruntur, facileq; cum à lassitudinibus, tum à causis oĩbus externis capiuntur, & ij magis, in morbos feruntur, à vigilijs, mœrore, crudítate, & ira, quàm qui bene habiti sunt. Eos vero qui à laboribus fiunt, sanat quies. Labores (græce παλαιστρίας,) nimirum appellauit, eos qui fiunt per immodicos motus. Quòd vero eos quiescere est opus, qui ad eũ modum sunt affecti, omnes homines norunt faciuntq;, persuasione medicorum non egẽtes. Nos autem demonstrauimus quòd etiam animalia irrationalia non homines solum noxas ex suis contrarijs emendant. Et quos recens ocium parit, labor sanat. Neq; ocium primo & ex se ipso, sed plenitudine interueniente, morbos facit. nam & corporis quidem partes perspirant minus ociantibus, & infirmiores fiunt, vt inde vtraq; plenitudo emergat. Immoderantior igit motus facultatem validiorẽ haud reddit quidem, sed cumulatarum humiditatum exuberantiam excernit. haud igitur obscurum est, q̃ si in ipsa motus magis q̃ conuenit, excedat modum, exinde homo paulatim à lassitudine occupatur: at necdum febrit quidem. In vniuersum autem medicũ scire oportet, contrarium aduersus constitutas instare ægritudines, & formas, & tempestates, & ætates.

† Nõ est idem dicere coniunctiuam causam morborũ esse tum repletionem tum euacuationem tũ vnũquodq; eorum quę consequenter dicuntur, ac fieri &c.
* Coniunctiuam.

A tes. Videtur quòd per formas dicat corporum naturas, quarum essentiam indicauimus constare ex temperatura quatuor elementorum. Demonstratum igitur est morbos omnes curari à contrarijs scilicet secundum vires, non per imaginationes quasuis. At corporis natura quæ temperamentum est, non omnis quidem à contrarijs emẽdatur, sicut neq; tempestates ætatesq;. etenim sunt quædam bene attemperatæ, sicut & aliæ quædam intemperatæ. At bona temperatura bene temperatarum p similia conseruatur: intemperatarum autem intẽperatura à contrarijs emendatur. Sed de ijs definitum est in tractatu de tuenda sanitate. Et intendentia soluere, & soluta intendere. Haud cõmode morborum oppositionem fecit. Etenim proprie iuxta oppositionem dicuntur intendentí quidem soluentia, & soluto intenta. Et intendentia quidem & soluentia proprie inter causas numerantur, non vero inter corpora ipsa male affecta. Et vice versa intenta & soluta enumerantur inter corpora quæ iam male habent. Præterea intenta & soluta, corporum nomina sunt non morborum intentorum ac solutorum, sicuti sanè durum & molle, rarum ac densum, de quibus melius dictum fuit in libro de morbis passim grassantibus sexto, scilicet hac oratione. Cutis durę mollitio, intentæ remissio. Diximus enim in hoc libro consequenter & de astrictione, quæ rarefactioni contraria est. & hæc quidem rursum densationi eãdem vim habet, sicuti
B & densatum astricto.

Morbi autem fiunt, ij quidem à victu, ij vero à spiritu, quo viuimus dum introrsum fertur. 2.

Victum sanè aliqñ vocant cibos ipsos solos ac potus: sæpe autem & studia sub eo nomine apprehendunt, veluti nunc dictum fuisse est opinandum. Non enim à cibis solis & potionibus morbi fiunt, sed etiam à lauacris, & exercitationibus, & ocio, & vigilijs, & mœrore, & ira, & perfrigeratione, atq; exustione. Sæpe vero noxam à solo spiritu subimus inspirato, vt in regionibus, quæ Charoniæ appellantur.

Vtraq; vero in hunc modum dignoscere est opus. Cum.n.per idem tempus multi homines ab vno morbo capiuntur, huic causam acceptam ferre oportet, id quod maxime sit cõmune, quodq; ipso vtamur omnes. hoc vero est quod respiramus. Liquet.n. quòd causa non est victus, quo vtimur singuli quiq;, quando morbus neminem subinde non attingit siue iuuenem siue senem, siue mulierem siue virum, siue meri siue aquæ potatorem, siue manducantem mazam siue panem, siue exercitio multo siue pauco vtentem. Non igitur causam viuendi rationi ferre oportet, cùm victu omnis generis vtentes ab eodem morbo capiuntur. Verum quando per idem tempus morbi omnium generum
C *fiunt, clarum est, quòd causa est victus ratio sua cuiq;.* 3.

Probe sanè dixit, quòd id quidem quod in multis morbis est cõmune, causam cõmunem habet, sicuti profecto & alia omnia quæ in dictione habentur. Atqui generatio communium morborum haud recte in vnum aerem ab ipso refertur. Siquidem in Aeno tempore famis leguminibus vescentes, inualidi cruribus euadebant: eruo autem vescentes, genuum doloribus vexabantur. Scimus autem quòd quidam in fame edere coacti triticum semiputre, à communi causa morbo communi laborarunt: & q̃ olim exercitus vniuersus cùm aqua vitiata fuisset vsus, in omnibus militibus pariter malum sensit. Cæteræ autem dictionis partes carent obscuritate.

Et curationem facere oportet per ea quæ contraria sunt occasioni morbi, sicut à nobis etiam alibi est dictum, &
D *per mutationem victus. Liquet.n. quòd ea quibus homo vti in victu consueuit, haud commoda sunt vel omnia, vel plura, vel quid vnum ipsorum. Ea, oportet vbi didiceris, immutare, & habita nimirum ratione ætatis hominis, & formæ, & tempestatis anni, & modi ægritudinis curationem adoriri: interim quidem subtrahendo, interim vero apponendo, scilicet ad singulas ætates spectando, & anni tempestates, & formas, & ægritudines: quin & dirigere medicatione & viuendi forma. Cum vero morbus vnus populum inuaserit, clarum est, quòd quæ ad victum spectant, minime sunt in causa: sed id quidẽ quod respiramus. Neq; est obscurũ quòd hoc quidem morbosam quandã excretionẽ habere possit. Per hoc igitur tẽpus hominem sic cõmone facere est opus: victum quidem minime esse immutandum, quoniã sanè non est morbi causa, corpus autem spectare vt minime sit plenum, & maxime quidem infirmum: à cibis & potionibus, quibus vti solebat, paulatim subtrahendum. Si.n. celeriter viuendi formam immutaris, metus est ne quid etiam noui in corpore per mutationem fiat. sed hoc quidem modo victu vtendum, scilicet, si hominem nulla iniuria afficere apparet: & prouidendum, vt spiritus quamminimum in corpus intret, sitq; maxime peregrinus: & penes facultates mutanda sunt loca regionum, in quibus sanè morbus fuerat auspicatus, suntq; corpora attenuanda. Ad hunc.n. modum homines spiritu cum minime multo, tum minime frequenti egerent.* 4.

Defectuosam curationem scripsit cõmunium morborum quando fiant vitio ambiẽtis: etenim sæpius nonnullæ vaporationes à paludibus vel stagnis vel cœnosis locis aut ab eiuscemodi terra morbos eiuscemodi creant, interdum aũt temperatura solius tempestatis. Cum igitur in euaporationibus corpora lædantur, magis ex totius substantiæ proprietate, q̃ ex simplici qualitate, prorabe curationem scripsit, spectantem ad duos scopos, scilicet ad mutationem regionis, & ad exigue inspirationis necessitatẽ. Verum in ijs qui ob qualitatẽ male habent, non solũ curatio iam factæ ægritudinis per qualitatem cõtrariam fiet, immo & præcautio, ne omnino constituatur. Nam si corpus læsionem subeat ab immodico calore, per ea quę pariunt frigus: sin à frigore, per ea quæ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

calorem immittunt:& ad proportionem in alijs qualitatibus simplicibus compositisq3. De indi- E
catione autē quæ à ætatibus sumitur, & a tempestatibus anni, & à corporum temperaturis, nos
antea locuti sumus. Id vero medicatione dirigere, nunc dictum fuisse videor videre, pro offerre
ea quæ morbis ex opposito obsistant. Hoc vero etiam tēpore per Asiam dicitur, hominem quen-
dam huic offerre quippiam vtiliter, vel amice, vel infideliter fideliter ve.

Quicunq; autem morbi à fortissimis corporis membris fiunt, ij grauissimi fiunt. Etenim si in ea parte maneant, in qua initium habuere, necessum est laborante fortissimo membro, turbari corpus vniuersum. Et si perueniant à fortissimo in imbecillius quoddam, difficile soluuntur. Sed quicunq; ab imbecillioribus venerint in fortiora, ij solutu faciliores. Influxus enim facile à robore excludentur. 5.

Siue membrum siue corpus fortissimum dicere quis velit, proprie quidem dicet, id quod ad
strenuos actus optime fuerit cōparatum, sicuti Herculem validissimum fuisse dicimus. Alio autē
modo, corpus hoc & membrum, validum quidem collatum ad hoc aliquod opus: aliud vero, ad
aliud. Et robur quidem inest alicui penes vnamquāq; functionem: alij autem, penes aliam ipsarū.
Est. n. functio vna motuum ab electione animalis, veluti si vel currat, vel quibusdam animalibus
complicetur, vel corporum animatorum vel inanimatorum quid diuellat, vel quiduis pariter F
euellat. Est etiam in ipsa functione vitali alia facultas, secūdum quam arteriæ & cor pulsant. Post
eas vero quæ ab inuicem genere distinguunt, sunt aliæ quædam generis eiusdem non in anima-
libus solum verū etiam in plantis. Quocirca & ipsas naturales nuncupamus, scilicet attractrix
alteratrix, retentrix, & excretrix. Aliàs igitur in alio corpore potest, ventriculus si forte acci-
dat, vim vehementissimam habere, collatus ad certam functionem, sicut sanè vel retentricem,
vel alteratricem: Interim vero iecur vel lienis, vel quid aliorum. Econtra vero in eodem anima-
te ventriculus quidem infirmissimam habet siue attractricē siue excretricem facultatē: vehemen-
tissimam autem iecur. Sed qui scripsit præsentem dictionem prætergressus nunc est. Nobis autē
videtur vt intelligat validum esse id, cui præter id quod à causis morbum efficientibus haud faci-
le patiatur, adhuc profecto & id inest vt per excretoriam facultatem, si qñ in ipso aliqua succorum
exuberantia collecta fuerit, in aliam partem transmittat. Siquidem id quod immittit fortius esse
oportet eo quod excepit. Habuerit igitur corpus vnumquodq; hanc quidem infirmissimam par-
tem, validissimas vero hasce: id quod profecto omnes cum medici, tum vulgares minime nega-
runt. inquiunt. n. eos qui podagra male habent, pedibus inualidis esse: sicuti toto genere articu-
lorum, eos qui arthritide sunt affecti: & eos qui capitis dolori obnoxij sunt, capite infirmissimo G
esse: ad eum autem modum & lienē, natura lienosos: & oculis, quicūq; facile à lippitudine capiun-
tur: & ad eundem modum in partibus quibuscūq;. Cum vero duplicia genera sint causarum à
quibus ægritudines fiunt: eæ enim externæ, eæ vero à nobis ipsis promouentur: aliæ quidem par
tes in nobis interim infirmæ sunt in externas noxas: aliæ vero, in internas. Quo fit, vt facultates
causarum ipsarum etiam sint generum diuersorum. Nam morbi quidem à nobis fiunt, siue penes
copiam, siue penes malitiam succorum. Atqui causa externa iniuria afficit corpora animantium,
siue intemperaturam quampiam gignendo, siue frangendo, siue incidendo. Verum luxationis
affectus ab ambobus fieri videtur. Etenim ipse vnus ac solus nemini implexus subijt luxationē,
siue secundum genu incedens, siue secundum mandibulam dum oscitaret, vel secundum alium
quendam articulum dum ageret quomodocūq;, vel ageretur in gyrum. Iam vero accidit, vt aliqs
fracturam pateretur citra externam causam, vel cum repente verteretur, vel vehemētius saltaret.
Quamobrem quot sunt genera causarum totq; etiam infirmitatis ac roboris particularum quę fa
cile patiuntur vel non patiuntur. Morbi igitur qui à succis auspicantur, in omnibus quidem fiunt
per robur atque infirmitatem excretiuarum facultatum. Cum enim particulæ animantis mutuo
coalescant, succi qui morbos pariūt ex ijs quæ ad seponendum sunt validiores, in alias transfluūt, H
ac rursum ex illis in alias, quoad sederint ad aliquam infirmiorem, qua nulla pars infirmior sit, in
quam contristantem succum immittat. Si igitur particula hæc habeat ductus, sicut & intestina &
venter, & vesica, vterusq;, causa contristans excretione fuerit vacuata: Sin profecto consistentia
tenuior sit, q̄ sint particulæ ductus, non raro quidē disruptis vasis, vel oris ipsorū apertis amplior
euacuatio fuit, sicuti accidit in effluxibus sanguinis sine vulnere. Quòd si irruens succus crassus
quidem viscidúsve, neque aperuerit neq; disruperit vasa: particulam in tumorē præter naturam
extollit. Est igitur aliqua vis atque infirmitas particularum corporis in morbis, qui à nobis ipsis
oriuntur. Quæ vero per externas causas male habent, in vniuersum male affici videntur, & per
calorem, & per frigus, & per siccitatem atq; per humiditatem. Quæ enim vel frangendo, vel se-
cando, vel quid tale agendo animantium corpora ad morbos trahant, eueniunt raro, Accidet
igitur vt in talibus morbis aliud ad alium quidem in seipso & infirmius & validius fiat. Etenim
membra quæ per naturam sunt frigidiora, facile à causis frigidis patientur: à calidis autem, ca-
lidiora: ad horum autem rationem accidet in intemperatis per humiditatem ac siccitatem. In
ijs vero ipsis accidit, vt aliqua à causis vel calefacientibus, vel frigefacientibus, vel siccantibus
vel humectantibus prompte patiantur: vtq; aliud membrum quòd vim excretiuam habeat va-
lidiorem,

A lidiorem, suum malum illico in illa impellat. Verum enimuero cum membrum non vnico modo
sed multis modis generum diuersorum vel validius vel infirmius & sit & censeatur: fieri nequit
vt iudicium feramus de proposita dictione, vel affirmemus vera ne sit an falsa. Sed illud quidem
in hac & in omnibus alijs, quæ enunciantur de ijs quæ & multifariam dicuntur, & indefinite in-
telligūtur, est dicendū, confuse & inarticulate eas enunciari, adeo vt ne tantillum quidem iuuent
auditores. Quinimmo & illud quod in proposita oratione dictum fuit, habet in quo vehemen
ter oppugnetur, quando scilicet inquit. Sed quicunq; ab imbecillioribus venerint in fortiora, ij
solutu faciliores, influxus. n. facile à robore excludentur. Quo factum est, vt expositores ἀπροκλεί-
στεται modis diuersis sint interpretati. Nāq; aliqui scripsere ἀπροκλείσεται, aliqui autem ἀπροκλείεται,
aliqui vero ἀπροπαγιώσεται, tertiam syllabam verbi παγιώσεται, per ω proferentes: aliqui autem, vt
Dioscorides, per π, & σ, ἀπὸ τοῦ προπαγνύεσθαι, verbum pro repelli fuisse dictum affirmant. Verum si
succus noxius succus, vbi ab infirmioribus membris in aliquod fortius peruenit, ab ipso rursus re
pellatur, nihil ad eum modum amplius accideret laboranti. Præstiterit igitur dictionem scribere
in hunc modum. Influxus. n. facile à robore absumentur: hoc est cocti, ac digesti paulopost absu-
mentur. Quidam vero falsa ratione inquiunt, principalissimas partes nūc validissimas appellari.
B Nanq; melius est vt succi contristantes à præcipuis partibus in minus præcipuas migrent: sed à vi
lissimis in præstantissimas, nequaquam. Sæpius. n. vidimus hominem interire, cui succi in dolore
articulorum & podagra in artus delati, exinde expulsi, ad principem partem peruenere: & esse q-
dem vnicam ipsam salutis, ipsos si fieri possit rursum ad artus reuocare.

Vide tertio de Hist. animaliū. cap. 3. ad verbū.

*Venæ crassissimæ hoc modo à natura dispositæ fuere. Corpus quatuor paria habet. Et ipsorum quidem vnum à capite retro per ceruicem parte externa tendit ad vtrunq; latus spinæ, & inde peruenit in coxendices, & in crura, tibiasq;, necnon & in malleolorum externas partes, atq; in pedes. Oportet igitur in dorsi ac coxendicis doloribus venam à poplitibus secare, et à malleolorū externa parte. Aliæ autem venæ quæ à capite initium habent iuxta aures, iugulares vocatæ, eæ tendunt per ceruicē parte interna delatæ à caua ad spinam & ad lumbos, necnon ad testes, fe-
moraq;, et per poplitum internas partes, inde per tibias ad internas partes malleolorum, atq; in pedes. Oportet igitur in lumborum doloribus ac testiculorum venas secare à poplitum ac malleolorum interna parte. Tertiæ autem venæ à temporibus per ceruicem sub scapulas tendunt, postea vnà in pulmones feruntur, & perueniunt quidē hæc à dextris in sinistra, hæc vero à sinistris in dextra. Et dextra quidem à pulmone sub māmam peruenit in lienē renemq;: Quæ vero à sinistris in dextra, à pulmone sub māmam peruenit in iecur et in renē: vtræq; aūt desinunt ad anum. Quartæ*
C *autem à parte capitis anteriore & ab oculis sub collum & iugula tendunt: dehinc à brachijs parte superiore in inflexuras: ac postea per cubitos & brachialia digitosq;: dehinc rursum à digitis per pectinem et manuum cubitos parte superiore ad inflexuras, & per inferiores partes brachiorum ad alas: & à laterum parte eminentiore, hæc quidem peruenit in lienes: hæc vero, in iecur: postea ambæ quidem præ ventre desinunt in penem. Sicq; nimirum crassissimæ venæ habent. Corpus vero q̄; multas variasq; habet à ventre, à quibus alimenta corpori impenduntur.* 6.

Eorum quæ in artibus veniunt in discrimen, nonnulla sensu iudicantur, demonstratione autē
nonnulla. Quæ igitur sensu iudicantur, egent valido sensu: Quæ vero demonstratione, ratioci-
natione exercitata. Quo fit, vt de ciborum coctione in ventre, necnon de generatione succorum
post ipsam, ac distributione & nutritione, & de omnibus eiusce rationis, ratiocinatione egea-
mus, quæ iudicet prædictas veterum opiniones. An vero animantia quæ ruminant, quatuor
ventriculos habent: vnum autem, quæ dentata sunt parte vtraq;: sensu, non demonstratione est
opus. Habent igitur quæ sensu, & quæ ratione iudicantur, diuersos modos quibus arguant men-
tientes. Etenim quę iudicantur sensu, promptissimum iudicium ferunt, si mutuo disceptantes ad
id quod euidens est perueniant, corporibus dissecādis: at quæ demonstratione, sine corporum se-
ctione scripta nimirum demonstratione, iudicari possunt. Igitur siquis scripto volumine cogatur
D contradicere ijs qui de re pertinente ad corporū sectionem & quę à sensu iudicium habet, audent
impudentissima, & rudissima enunciare: qui ignorant id quod in dissectionibus apparet, haud di
scernere mentientes à veridicis possunt. Sicut siquis dicat Cretam, insulam non esse, ab omnibus
qui se audierint, condemnatur, quòd ipsam insulam esse non ignorent. Ad eum modum si quis
dicat canes, quatuor ventriculos habere: ruminantia autem, vnum: ab ijs qui quatuor in rumi-
nantibus, vnum autem in canibus spectarunt, deridetur. Hoc vero ipsum est etiam circa vena-
rum sectionem. Iudicium enim non demonstratione sed sensu eget. Verum donec qui discordes
sunt, quicquid libitum est suis libris committant, veritas incerta est ijs qui nondum attigerint cor
porum sectionem. Nos igitur cum in eiusce modi dissonantiam venerimus, nullam vehementem
demonstrationem proferre possumus scribendo, aduersus eos qui in præsenti oratione ausi fue-
re, ignorantes corporum sectionem, dicere quatuor venarum paria à capite descendere in cor-
pus. Siquidem iudicium non rationali demonstratione omnino, sed solo sensu scientifico eget.
nisi forte quis ea quæ de iudicio historiæ scripsere, tum alij quidam medici ac philosophi, tum
non minime empirici, sibi obijciens velit secundum ea iudicium ferre. Nos enim minime decli-
namus antiqua iudicia & consensum eorum qui monumenta ediderē, & eius in primis qui ma-
namus antiqua iudicia & consensum eorum qui monumenta edidere, & eius in primis qui ma-
terię, de qua est sermo, sit peritus: Sicuti sanè in re dissectionis Eudemus Herophilusq;: Crateuas

Universidad del Rosario Archivo Histórico

vero & Dioſcorides in metallicis medicamentis. Verum ſiquis iudicium hoc declinarit,non ſo- E
lum non poterit octo venas oſtendere à capite deferri,verum neq; treis,neq; etiam duas. Vna.n.
ſolum eſt maxima vena,quam cauam appellant,protenſa nimirum ab iecoris conuexo per longi
tudinem animantis:videlicet cum ſeptum inferiora dirimat ab ſuperioribus animantis. Caua.n.
hæc vena per ſeptum tendit,ſurſum quidem in cor:deorſum vero in ſpinam prodiens per iecoris
gibba:ac dehinc à trunco eius quæ ſurſum fertur, haud obſcure enaſci apparent venæ omnes ſu-
periores ſepto: inferiores autem, ab ea quæ flectitur in ſpinam. Et hæc quidem Hippocrates ſcri-
pſit in ſecundo de paſsim graſſantibus morbis,cauam venam , iecinoralem vocans: & hoc modo
nemo diſſector non ſcripſit. Nullus.n.medicus , ſiue ex iis qui oſcitanter ſiue ex iis qui ſedulo ſe-
ctionem ſunt pſecuti,aſſeruit octo venas à capite in inferna corporis venire:neq; Diocles quidē,
neq; Praxagoras,neque Eraſiſtratus,neq; Pliſtonicus, neq; Philotimus,neq; Mneſitheus,neque
Dieuches,neq; Chryſippus,neq; Antigenes,vel Medius,vel Euryphon,neq; quiuis alius veterū
medicorum. Sed quid etiam de ipſorum ſucceſſoribus dicam,qui q̄multum ſpeculationem diſſe-
ctionis auxerer:quorum methodo necdum aliquis ad Marini uſq; tempora & Numeſiani, quicq̄
quod addiciat inuenit.neq; Heraclianus,cum quo nos in Alexandria haud fruſtra verſati ſumus.
Horum autem virorum diſcipuli extitere multi,tum etiam alij eximij quidem : ſiquidem Numi- F
ſiani,Pelops præceptor noſter:Marini autem,Quintus. Verum Quintus quidem ne librum qui-
dem alium,vt nec diſſectionum ſcripſit . Cæterorum autem omnium libri haud exigui diſſecto-
riæ artis apud nos ſunt , immo & commentaria ſectionum , diſcipulorum Quinti, ſicut & Satyri
præceptoris noſtri,Lyciq;. Cum igitur ij quidem omnes ac præter hos alij multi ſcripſerint diſſe-
ctiones:nemo nouit quatuor venarum paria à capite oriri. Hoc.n.ſimile eſt ac ſiquis dicat Athe-
nis octo arces eſſe,cum vna ſit.atq; in vrbe Roma affirmare aliquis poteſt octo colles,qui inhabi-
tentur,eſſe,vel & ſex,& vtroq; modo in vno mentietur. Verum ſiquis pro ſeptem collibus vnū
aſſerat eſſe qui habitetur,vel contra Athenis pro vna arce,octo affirmarit,multo magis mentitur,
q̄ is qui in vno fuerat mentitus.Cum igitur à iecoris gibbis vena vna in ſuperiora corporis tēdat,
neq; ſiquis à ſupioribus cœperit ſecare,dicetur,nō ſurſum qdē ſed deorſum ferri,ac nihilo minus
vna eſſe apparebit.Atqui maxime ridēdus eſſet,qui dicit venas octo à ſuperioribus deorſum ire.
Siue igitur dicere velis venam iecinoralem vel cauam appellatam à ſuperioribus deorſum ferri,
ſiue ab inferioribus ſurſum:vna ipſa eſt oīno per gibba iecoris protenſa. Verum ſi eiuſmodi ſecā-
di ratio in cuiuſpiam libro fuerit inuenta,tu ipſam ſilentio præterito,neq; ſuſtineto ſingularia re-
cenſere,ſed vbi id audieris ſolum , quòd in corpore ſunt quatuor coniugia venarum,ſpreta polli- G
citatione tanq̄ hominis inſenſati,illico abito.Sed quoniam aliquis fabulam inſeruit in Hippocra-
tis librū,neceſsitatē nobis impoſuit, vt hoc tps ipſum,quod in reprehenſionibus conterimus,&
in quo pterea recognoſcimus ea quæ perperā ſcripta fuere , abſoluamus. Inquit ab occipite ve-
narum quoddam coniugium prodiſſe,ac per ceruicem ferri,ac dehinc circa ſpinā parte exteriore
ad coxendices peruenire:inde vero per tibias accedere ad externas partes malleolorum . Aliud
vero incipere quidem inquit à locis apud aures,deſcendere autem per collum , nomine venarum
iugularium appellatum : dehinc ſicut ſuperius coniugium per exteriora prope ſpinam,ad eū mo-
dum iſtud ex internis ad teſtes & ad coxas tendere , deinde per poplites peruenire ad malleolorū
interna. Quis hæc audire ſuſtineret modo vna die inſpexerit animalium ſectionē? Etenim multa
præcepta ſunt quæ in ſectionibus haud facile queunt monſtrari,quæ ſanè licet eum qui nō probe
ſit in negocio exercitatus,ignorare,ac propterea in ipſis accidit diſſentire:Quod vero ad maximā
venam ſpectat adeo euidens eſt , vt neminem latere poſsit , qui quicquam diſcere ex diſſectioni-
bus quiuerit:& omnes conueniunt,vt nec poetæ ipſi ignorent.Homerus igitur inquit,

ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν. «
ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς αὐχέν' ἰκάνει. ideſt. H «
uenamq; inciderat omnem,
Quæ ceruice tenus tergo conſurgit ab imo.

cum nouerit ipſam vnicam eſſe , ſicut etiam nimirum eſt,non vero quatuor. Nullum aūt animās
eſt quod duas habeat in ſpinæ parte externa , alias vero duas ad eundem modū atq; illas,protēſas
vtrinq; iuxta ſpinā , ſicut is,qui hoc loco hanc diſſectionē cōmentus eſt,ſcripſit. Verum vna qdē
maxima vena expullulat omnino inter fines ſpinalis medullæ ſicut Hippocrates ſcripſit in ſecun-
do de paſsim graſſantibus morbis,& ad iugulum parte ipſius ſuprema,& infima ad os ſacrum:&
ea qdem parte,ſcinditur in iugulares:hac vero,in eas quæ in crura deferuntur. Quonā igitur mo-
do is,qui hoc ſecundū coniugium ſcripſit,opinatur binas iugulares venas penes ſpinam ad crura
ex partibus interioribus ferri? Quo modo aūt ad interna malleolorū peruenire? cum vna ſola ve-
na in crus peruenīat vtrūq;. non q̄ alia qdem in malleolum internū,alia vero in externū:ſed pro-
pagines ſunt venæ eiuſdē. Tertiū vero venarum coniugiū,adhuc magis eſt ridendum. Quas in-
quit à temporibus ortas per ceruicem ſub ſcapulis in pulmones ferri, atq; inde mutato motu re-
cto in obliquum,eam quæ in dextris eſt tranſire in ſiniſtra,dehinc ſub mammam ad lienem & ad
ſiniſtrum renem peruenire:eam vero quę in ſiniſtris,ſub māmam,in iecur & in dextrum renem,
vtraſq;

A vtraſq; autem in podicem finire. Atqui vir bone,podex,aduerſus eum qui hęc ſcripſit,iure dicere
quiſpiam poſſet,à caua vena iuxta lumbos propagines ſumit illo nimirum loco,quo accidit pro-
pagines à caua in femur vtrūq; expullulari , & tanquam ramos quoſdam ingentes in crura ferri.
Sed quis ignorat ſiue medicus ſiue coquus ſanguinem à corde in pulmones per vnicam venam
prodire? Cuius ſanè cordis , qui tertium hoc coniugium finxit , nullibi eſt memoratus. Sed quod
nonnulli diſſectoriæ artis profeſſores inquiunt eſſe initium venarū corporis totius, id oratio pre-
ſens ne venam qdem habere nouit. Quinimo & quartū coniugium aſſeruit initiū habere à parte
capitis anteriore oculisq;,delatum vero ſub ceruicē & iugula ipſa brachiū ſuperare , vnā.ſ.in alte-
ra manu,& eas vbi qdem à locis ſuperioribus in digitos peruenerint , rurſum per vniuerſam ma-
num ad alam ferri : & inde p latera meare , alteram qdem ad iecur,alterā vero ad lienem:ac poſtea
ambas p ventrem deſinere in pudendum : vt nec ipſæ vel tantillum cordi impertiant. Quo modo
igit is,qui vere nouus Prometheus hæc confinxit , prorſus cordis,viſceris adeo ingentis,eſt obli-
tus? Atqui neq; cerebri mentionē fecit.nimirum,quòd & hoc malleolis erat minus honoratum.
» Id vero quod ad renes ſpectat,omnē cæcitatem excedit, ad quos nimirū à caua maximæ venæ in-
cedunt,qbus pteritis,nonnullas fingit ad ipſos à pulmonibus ferri. Ex oībus igit liquet,q̄ ſicut
B nonnulli diſſectores aliqua contēpſere,non hic ipſe conniuet ſolū,verūetiam prorſus oculorū lu-
mine eſt priuatus.Nam qui maxima non intuet,is vere nō modo cęcutire,verum oīno cæcus eſſe
dicere. q̄quidem nemo eſt qui ignoret,modo tentauerit aliquid oīno p diſſectiones intueri,q̄
ſermo de venis à capite in corpus vniuerſum delatis,ſimilis eſt inſomnijs ebriorum. Etenim par
eſt,vt diſſectores alias quaſdam exiguas deſpexerint venas. atqui nemo aliam alio modo pinxit,
vel ea omiſit quæ cæci noſſe potuiſſent,ſi digitos manus admouiſſent. Vna.n.eſt vena per quam
ſanguis à iecore in corpus fertur vniuerſum : eductis veluti à ſtipite multis venarum ramulis ab
ipſa,quæ ipſum oībus aiantis partibus diſpenſant. Tu igit ſi ſanguinē cauæ,flumini aſſimilares,
riuulo aūt eū,qui ab ipſa p corporis particulas ferē:neq; ſic à ſimilitudine aberrares. Verum ſiquis
dicat venā magnā flumini ſimilem eſſe,ſiue ſtipiti:nullus ſanè medicus eſt,q id non fateat,ſcilicet
vnā eſſe,p̄ter eū,qui hoc audaciſsime huic libro aſcripſit,ſ.quatuor coniugia eſſe. Pręter cętera.n.
ſicut cordis nullā fecit mentionē,ſic neq; etiam cauæ venæ:tametſi iugularium certe non ſit obli-
tus,in quas ipſa ſcinditur iuxta thoracem parte ſuperiore. Quicquid.n.inter hanc regionem &
finē ſpinæ eſt ſitum , magna vena occupauit,venas vtrinq; edens . Diuiditur autem bifariam,pe-
nes vtrunq; finem,ac penes vtrāq; particulā ſui. Etenim ad ſuperiora p collum maximæ feruntur
C venæ,quæ iugulares nuncupantur:ad inferna vero vna & eadē maxima,ſicuti dictum eſt,in crus
vtrunq;. Cum vero nouus hic Prometheus earū meminerit in coniugio ſecūdo quæ per collū fe-
runt,ac quę iugulares nuncupant:maximā cū audaciā tum inſcitiā indicauit: cū nullibi mentionē
fecerit,q̄ vena caua,à qua ipſæ expullulant,ſcindat. Siquidē oportebat,ſi quid vel exiguū in diſ-
ſectionibus vidiſſet , dicere venas iugulares,vbi mutuo recidunt in idē,vnā conficere venā,ſcili-
cet iecinoralē , vel cauā , vel quomodocūq; aliter nunc quis velit appellare. Verū ſi ipſe orationē
ſcripſit,vt duabus manētibus ipſis per internas partes iuxta ſpinā fateat deferri ad malleolorum
internas partes:ad quid igit quis venarum poſt coniugia quatuor deſcriptarū faciet mentionem?
quas putat à ventre corpori vniuerſo alimentū diſpenſare:quaſi natura quatuor coniugia ob aliā
quandā cauſam crearit:immo non oēs venæ eodē cōmuni uſu pręditæ ſint, vt à iecore ſanguinem
oībus animātis partibus impendant. Sed profecto nulla earū,quæ alimē:torū ſuccū à ventre &
inteſtinis in iecur ferunt, vltra iecur aſcēdit. immo neq; in multis locis iecoris apparēt:tametſi q̄plu-
ries ventri & inteſtinis ſocient:ſed ad vnum locū,quem portas iecoris appellāt,accedūt oēs. Cum
is,qui primo portarū nomen huic impoſuit regioni , ciuitati aut magnæ cuipiā domui iecur aſsi-
milarit,inteſtina aūt ac ventrē agris , ex qbus per venas multas veluti vias quaſdam cōmeatus in
D portas ciuitatis vel domus conferunt. Noui igit Promethei ſermones nugæ ſunt,qbus animan-
tem fingit. Nemo.n.animantē re ipſa conformauit,in quo venæ de ventre atq; inteſtinis in totū
corpus alimentū ferant:ſiquidem oēs in vnū locum ſcilicet iecoris portas,concurrunt : ac rurſum
inde venæ,quæ in viſcere ſunt,alimentū allatum excipientes,ad cauam venam adducūt,à qua,vt
parum ſuperius dicebamus,ſanguis in corpus vniuerſum diſpenſatur.

Immo etiam à craſsis venis in ventrem & in reliquum corpus tendunt,& maxime externis ad internà,& ſibi inuicem impertiuntur,& internæ externis,& externæ internis. 7.

Satis erat quidem nouo huic Prometheo quatuor venarum coniugia recenſuiſſe. ſed ipſe mi-
nime eſt contentus.immo ob intemperantiam vbi turpiter ipſis eas addidiſſet,quæ à ventre cor-
pori alimenta impēdunt,rurſum in præſentiarū ſermoni apicem accōmodauit,haud vera ingens
de venarum cōmunitate. Nulla.n.earum venarū quæ à caua exoriuntur,quas craſſas nuncupa-
uit,in alia coniugia diſtributa,ventri ac inteſtinis inſeri apparet. Sicut igitur in præſenti venarum
ſectione is qui ipſas confinxit , ne in verbo quidem vno veridicus fuit , ſic Hippocrates quidem
in ſecūdo De paſsim graſſantibus morbis prorſus nihil eſt mentitus. Omnes.n.inſaniūt, qui cum
neq; per ſomnium ſecandi artem tetigerint , librorum Hippocratis expoſitiones facere tentant.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

& ij maxime q̄ se hippocratícos appellāt, quiq; opinanť & hāc oēm insaniā de venarū sectione, & sedulitatē secūdi de passim grassantibus morbis eē viri vnius. Etenim si idē hō i altero ipsorū qppiā inuenissēt, fieri pōt vt in tpis, pgressu seipso peritior effectus, alia addiderit ijs, q̄ antea, pbe enū ciasset. Verū qm̄ Hippocrates ipse videť exacte scripsisse nō ea solū quæ apte ab oībus insp̄iciuntur, sed ea ēt q̄ vix videri pñt: is aūt q hanc secādi rōnem est cōmētus, haud ea videť intueri, q̄ qs ēt palpādo adinueniret: quonā mō qs dicat eundē vtraq; scripsisse: Cui vero cōsonat, vt vbi totū sermonē de elemētis hoīs explesset, iplis deinceps sermo de venis ab eo sit adnexus: Vel.n. oēm secā di artē scribere oportuisset, vel ēt venas p̄terijsse. Siqdē id, pprium est cōmētarijs q̄ nobis ipsis ad memoriā scribere solemus, qm̄. s. eiuscemodi varia theoremata cōponunť: volumini aūt minime, p priū ē, vt priori doctrina expleta, qs secūdę particulā ascribat, ac dehinc ea omissa paulo posterius aliā quādā, rursumq; aliā cōsequēter. id quod accidit in hisce suppositis in libro de hoīs natura.

Ad has igitur rationes, venas secare oportet. 8.

Quas nimirū ipse dixerat, scilicet addens primo coniugio venarū in calce, hęc ad verbū. Oportet igiť in dorsi ac coxendicis doloribus venā à poplitibus secare, & à malleolorum externa parte: Hæc aūt ascribens coniugio secundo, Oportet igitur in lumborū doloribus testiculorū venas secare à poplitū & malleolorū interna parte. Verum in tertio & quarto coniugijs nihil apposuit de venæ sectione. Quamobrē in ijs imperfectā orationē fecit: cum omiserit multas corporis partes, in qbus secandæ venæ fuerant explicandæ. Verū sicut excerpta vna vel breui parte vniuersæ artis dissecandi, scripsit: ad eum modum ēt tractauit venarum secandarum rationem.

Satagere autem oportet, vt sectiones fiant quàm maxime longe à regionibus, in quibus sanè dolores fieri & sanguinem colligi didicere. ad hunc.n. modum haud magna mutatio repente fieri posset, posset q̄; consuetudo permutari, vt nec in posterum ad eundem locum colligeretur, 9.

Belle quidem expositores intellexere, sectiones in venis fuisse dictas, quas nos in verbo composito φλεβοτομίας nominamus. & confitentur quidem hoc oēs. Verum aliquis ipsi succenseret q̄ non definierit, num membris iam nunc dolentibus censeat influentium succorum reuulsionem à remotis fieri oportere: an per tempora sanitatis. Nobis aūt videtur q̄ potius de sanis sit loquutus: Cum scriptor hæc velit. s. redundantes succos insuescere in alias partes ferri.

Quicunq; absq; febre multū expuūt puris, & quicūq; in lotijs multū habēt quod subsideat puris dolore absente, & quicunq; deijciunt non secus atq; in dysenterijs cruenta: ij quidē oēs per iuuentutem annum ætatis agentes quintū ac trigesimum, & adhuc grādiores, morbis sponte occupātur. Necessum est. n. vt ij per iuuentutē in corporis ærūnis & laboribus ac negotijs versantes, postea aūt vbi labores depos uissent, sese molli carne, & q̄ à priori quàm multū dissideret, expleantur, vtq; corpus adauctū dissideat à priore: quo fit vt nō consentiant in idē. Cū igitur ad eū modū affectos morbus aliquis prehendit, tūc diffugiunt statim. Atqui corpus tandē tēpore vbi abierit morbus, liquatur: & in eam partem per venas quod sanio sum est, fluit, in qua maxime accidat amplitudinem esse. Si igitur impetum fecerit in ventrem inferiorem, tale nimirum erit alui excremētum, quale ferè est id quod corpori inest. non.n. diutius in intestino moram trahit, ut pote quod decliuem habeat viam. Verum quibuscūq; influit in pectus, ij purulenti euadūt. quippe, cum purgatio sit accliuis, ac diutius in pectore notam trahat, putret, & fit affectus purulentus. Quibuscūq; autem in vesicam eructatur, id album à loci calore euadit, excernitur q̄;. Et quicquid tenuissimum est, parte incubat superiore: crassissimum autem, inferiore, quod sanè pus appellatur. 10.

Quæcūq;.n. in ppolita dictione dicta fuere, sunt aperta, & hoīe q sibi mentem intendat, egent minime vero expositore, qui declaret. An vero oīa veritatē cōtineant, examinare oportet, partim quidem experiētia, & partim ratione: experiētia sanè, num aliquos citra febrē videримus, qui vel pus expuant, vel p lotia quoquo modo excernāt. p̄terea ēt, num p anteactā vitam in ærumnis versantes, nūc quieuerint diu: & an vbi morbo fuissent occupati, euaserint, atq; inciderint tandē in dictas excretiōes purulētas. Hæc igiť p experientiā iudicare est opus: Atq; p rationē, num causa quā scriptor assignauit, vera sit an falsa. Quod igiť ipsius dicta necessitatem nō habēt, neminē eorū latet, q̄ in via & ratione demonstrādi est exercitatus. An vero quodq; seorsum verisimilitudinē habet, cōsiderator. forte.n. penes quiddā verisimile reperiť. De ijs igitur q̄ p experientiā videnť, tibi hoc eousq; dicere possemus, scilicet q̄ nō infrequēter videримus cruentas alui excretiones nōnullis accidisse, vbi vehemētes exercitationes, qbus insueuerāt, dimisissent: nullā aūt purulentā excretionem. Quinimmo & in certis ordinatis atq; inordinatis circuitibus vidimus & lotia & alui excrementa mucosa in ijs, neq; aliter quàm sputa, matura qdem, sed minime sanè purulenta.

Lapides vero adhuc puerulis fiunt ob calorem cum huiusce regionis tum corporis vniuersi. {Viris autem ob corporis frigiditatem lapides haudquaquam fiunt.} 11.

Regionis scilicet vesicæ, de qua in calce dictiōis p̄cedētis in hūc modū scripsit. Quibuscūq; aūt in vesicā eructatur, id album ab huius loci calore euadit. Inquit igiť lapides in puerulis ob vesicæ & corporis vniuersi caliditatē generari. Postea consequenter de puerulorū caliditate verba facit.

Recte enim

Recte.n. scire est opus, quòd homo primo statim die calidissimus est ipse seipso, frigidissimus autē postremo. 12.

Sermo quidem eorum qui simpliciter ac sine discrimine vllo enunciant hominem primo die calidissimum esse, minime est verus: atqui cum discrimine est verus, scilicet si calidissimus dicatur calido innato, quod profecto est in puerulis q̄p multum. Qui autem præsentem orationē scripsit, quod præcipuum erat, prætermisit: id quod subsequēs oratio indicabit. siquidem ipse non eodē modo sentire iuuenietur, atq; Hippocrates cum dixit, Quę augentur, plurimum innati calidi habere: sed opinari simpliciter quæ augentur, absq; innato, calido prædita esse.

Corpus enim quod augetur, & ad violentiam incedit, calidum esse est necessum. 13.

Cum Hippocrates enunciarit, Quæ augētur, q̄ multū calidi innati habent: hic simpliciter videtur intellexisse, ea quæ augētur, calidū habere corpus, cum sermoni non adiecerit verbū innatū. Inquit.n. id quod ad violētiam incedit, calidū esse. Id vero, ad violētiam incedere, crediderim tale quoddam opus velle indicare, vt auctio quoddā violentū sit ac vehemēs. Nam sicut alia vehementia opera calefaciunt operatores, ad eundē ēt modū auctio. Verū ecōtra ipsum dixisse oportebat, Pueros augeri per calidū innatum, nō vero ab auctione fieri calētes. Nam calidū innatum non solū est calidū temperatū, sed etiā humidū. Iure merito igitur eiuscemodi corpora augentur. cū enim nō secus atq; inflata ad tres dimēsiones producantur, secundū vniuersas ipsas suscipiunt incrementum. ipsa igitur quoquo versus producuntur à natura vtente ad id pro instrō calido innato: prompte enim per humiditatē producunť. Verū pueri multi, quia admodum sint voraces, cumulant succū qui proprie crudus appellatur, à quo facile calculi generanť. Cum is quidem habeat materiæ, ex qua calculus generetur, rationem: caliditas autem, causæ efficientis.

Cum autem corpus marcescere cœperit ad desidium præceps, frigidius euadit. 14.

Rursum etiam hoc loco cum eorum corpus qui per ætatem inclinant, haud amplius augescit, per ocium inquit frigidius euadit: verū adhuc contrario modo causam reddere præstitisset. Nāq; dum innatum calidum ipsius euaderet minus, incrementum etiam cessabat. Atqui is qui hęc scripsit, suam mentem manifestius indicauit in sequenti dictione.

Ac penes hanc rationem quantum homo prioribus temporibus plurimum augetur, tātum quā maxime calidus euadit: & temporibus postremis quantum maxime marcescit, tantum necessum est vt frigidior euadat. 15.

Nos igitur recte præsentē orationē interpretati sumus, in qua dicit, Corpus quod augeť & ad violentiā incedit, calidū esse necesse est. Atqui vice versa ipsum dixisse oportuisset. Quod augeť, per calidū innatum augeri: non vero per incrementum, calidum generari. Ad huius aūt proportionē & in eo qui per ætatē inclinat, Quippe quod nō amplius augetur, opinio sit frigidū ipsum fieri, propter desidium auctionis, quæ nimirum antea proficiebat, nunc vero conquiescit.

Qui vero ad eū modū sunt affecti, sponte sani euadunt. Plurimi quidē quo tēpore incipiūt liquari quinq; et quadraginta dies. Quicunque uero excesserint id tempus, sponte anno, nisi quid aliud erroris accidat, sanantur. 16.

Quos asserit ad eū modum affectos esse, prędixerat. s. exercitia per ocium deseruisse, pusq; expuere meiereq;, ac dysenterijs occupari. Nos vero dicebamus q̄ multos spectasse: qui vbi labores & superioris vitæ negotia dimisissent, & ad ocium diuertissent, à cruētis dysenterijs fuissent occupati: neminē aūt vidisse, qui vel pus expuisset vel minxisset. Sed videť quidē hic nobis pus appellare succū nimirū, quem crudū vocant, vbi admiserit coctionē. Et quid mirū? cum Erasistratus sanè sedimentū in febricitantiū lotijs non eiuscemodi succum, sed pus esse opinetur: ignorās q̄ voraces per sanitatē non exiguū quid eiuscemodi sedimenti excernunt. Intuiti igitur sumus q̄ multos eorū qui vitā in ocio traducunt, certis tēporibus excernere in lotijs q̄ multa, quæ à nuncupatis mucis minime differrēt, & nōnullis eorum tarde p̄dijsse: idq; quod excernitur, puri p̄simile esse apparet, nō secus atq; id quod in spirationis instrīs longiori tēpore inter coquēdum inficitur colore. Et ipse quidē eiusce rei causam superius exponebat, inquiēs, In dysenterijs quidē viæ decliuitatē causam esse, vt excrementa celeriter digrederenť: in ijs vero quę expuunť, tarditatis causam esse viæ accliuitatē: verū in lotijs, calorē regionis. Siquis vero cōcederet pus vel in lotijs vel in sputis vel in alui excremētis à crudo succo minime differre: is in alterū duorū offendit: vel sciēs ac volens per dogmatis consequētiam dolose aget, sicut Erasistratus, volens ab inflāmatione oēs oriri febres: vel sophistes est, nequaq̄ in artis opibus versatus, quos nimirū recte antiq λογικτρους appellant. Pus enim aliud est colore & cōsistētia & odore à crudo succo. Et excernitur quidē per nares crudus succus & per os quibusdā ordinatis ac inordinatis circuitibus dū cerebrū expurgatur: Cuius nimirū excretionis is qui præscriptam hanc orationē scripsit, in præsentiarū haud fecit mentionem. Verum haud ab re inquit, q̄ prędicti sponte sani euadūt, quod est, nobis nihil factitantibus: ipsos enim satis natura expurgat. Statuit aūt ipsis binos prę finitos terminos purgationis: alterū quidē anni tēpus, in quo accidit, vt in ipsis dicta excretio auspicetur: alterum autem, in annum protensum: sed & breuiorē protēdi in quinq; & quadraginta dies: sunt qui quadraginta

non quinq;

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

non quinq; & quadraginta ſcribant. Nos autem cum viderimus multos ad eum modum à natu- E
ra purgari: vacuationis non duos terminos ſolum intuiti ſumus, ſicut hic literis mandauit, ſed &
admodũ multos. Alius enim in alio præfinito temporis ſpatio eſt purgans, aliqui quidem in dies
quadraginta: aliqui autem etiam ad menſes vſque proceſſere, nec numero quidem pares: ſed nec
defuere qui etiam in annum à ſymptomate non fuere deſtituti.

Morbi vero quicunque ex breui temporis ſpatio fiunt, & quicunque occaſiones cognitu faciles habent, ij tutiſſime pronunciari poſſunt. atqui ipſorum curationem moliri oportet per ea quæ morbi occaſioni aduerſantur. ad eum enim modum id ſolueretur, quod morbum corpori impendit. 17.

Illud quidem quod in aphoriſmis fuit dictum, videtur huic aduerſari, ſcilicet, Acutorum mor- »
borum non omnino ſecuræ ſunt pronunciationes aut ſalutis, aut mortis. & Sabinus cum id ten- »
taſſet ſoluere, inania quidem eſt locutus, ſed quod veriſimile eſſet, nihil. Ad eum vero modum
& alij multi, qui librum expoſuere. Nobis autem videntur non intelligere quid ſignificet id, ex
breui temporis ſpatio, ſiquidem opinatur ſermonem eſſe de breuibus & acutis. Sed de hoc vide-
tur miníme loqui, ſed de ijs qui è cauſis manifeſtis recentem originẽ habuere: quæ ſcilicet ex bre- F
ui temporis ſpatio, non ex longo fuerit apparata. in ijs enim rei euentum facillimum eſt prænun-
ciare. qñquidem cauſa qualis ac quanta eſt, nõ ignoratur. Verũ quicunq; ex longo tẽporis ſpatio
paulatim fiunt, nec vllã generationis cauſam permanifeſtam habuere: in ijs haud pariter tutũ eſt
præſagiri. Morborũ autẽ, propinquę ſunt exuſtio, perfrigeratio, vigiliæ, mœrores, ſollicitudines,
cruditates, cubile durũ, labores, ebrietates, & reliqua eiuſce rationis. Ob id igitur dixit etiã eorũ
curationẽ eſſe faciendã per ea quæ cõtraria eſſent morbi occaſioni, cuiuſmodi ſunt in exuſtione,
quę frigefaciunt: in perfrigeratione quę calefaciunt: à laboribus, quieſcere: ab ocio præter cõſue-
tudinem, amplius exerceri: ſi plenitudo affuerit, vacuari: ſi inanitio, repleri. Sicut etiam dixerat
ſupra in ea oratione cuius initium erat. Morbos quoſcunq; parit repletio, vacuatio ſanat. »

Quibuſcunque vero in lotijs ſubſident arenoſa, vel tophi, ijs per initia circa venam craſſam tubercula extitere, verſaque in pus fuere, dehinc vero ipſis tuberculis haud celeriter diſruptis, pus in tophos eſt conuerſum, qui ſanè cũ lotijs in veſicam foras per venam exprimuntur. 18.

Talia enim lotia interdum etiam fieri poſſent à cauſa quam dixit: quinetiam fieri poſſent rene
ipſo citra venam magnam pariter affecto: Maxima autem ex parte dictæ lotiorum excretiones
abſcꝫ tuberculis contingunt, quãdo ſuccus abunde vel craſſus, vel glutinoſus exitum retardans G
concreuerit à loci calore arefactus.

Quibuſcunque autem οὐρήματα, id eſt mictus, ſolum ſunt cruenta, ijs venæ laborarunt. 19.

Verbum laborarunt incertum eſt pro quo dictum ſit, nam ſignificare poteſt defatigatas fuiſ-
ſe: vt ipſæ euaſerint exolutæ, & generent ſanguinem ſemicoctum, & eum facile per infirmitatem
impartiantur, vel vt alienum excernant. poteſtq; ex verbo laborarunt, ſignificare communiter
fuiſſe affectas, renibus ipſis nequaquã affectis, ſed venis patientibus ſolum. Quale autem ſit ma-
lum, ex eiuſcemodi expoſitione haud indicatur. Atqui apertum eſt quòd neq; Hippocrates, neq;
Polybus dixiſſent οὐρήματα. i. mictus, quando ſanè dicere potuerint. Quibuſcunq; autem οὖρα. i.
vrinæ, ſolum ſunt cruentæ. & Hippocrates quidem eum ad modum frequẽter vrinas ſcribat, nul
libi οὔρημα. i. mictum literis mandauit. Quin & alia multa eorum, quæ fuere aſcripta, clare oſten-
dunt, quòd neq; Hippocratis neq; Polybi eſſent.

Quibuſcunque autem in mictu craſſo caruncułæ ſimul prodeunt capillorum ſpeciem referentes, has ſcire oportet à renibus prodire, atque ab articuloſis. 20. H

Hac parte aphoriſmum hunc tranſcripſit. Quibuſcunq; in vrina craſſa caruncułæ paruę, vel ſi- »
cut capilli prodeunt ſimul, ijs à renibus excernuntur. »

Quibuſcunq; autem in puris vrinis aliàs atq; aliàs furfures in mictu efferuntur, ijs veſica ſcabie laborat. 21.

Rurſum & hoc loco tranſcripſit aphoriſmum illum. Quibuſcunq; in vrina craſſa furfureum »
quiddam ſimul prodit, ijs veſica ſcabie laborat. »

Febriũ pars maxima fit à bile: ipſarũ autẽ ſpecies quatuor ſunt citra eas quæ ab occultis doloribus fiunt. Nomina autẽ ipſarũ ſunt, cõtinua, & quotidiana, & tertiana, & quartana. Cõtinua igitur appellata, fit à quã multa & ſin ceriſſima bile, & indicationes ſinceriſſimas in minimo tẽporis ſpatio facit. corpus. n. nullo tẽpore perfrigeratiũ celeriter liquatur, veluti quod admodũ incaleſcat. Verũ quotidiana præter cõtinuã fit à maxima bilis quãtitate, & citiſſime inter cæteras amouetur. ſed lõgior eſt quã cõtinua, quoniã à minori bile excitatur: et quoniã corpus quietũ hẽt: ſed in cõtinua haud quaquã. Atqui tertiana diuturnior eſt quã quotidiana, & generatur à minori bile. quanto uero corpus diutius in tertiana quàm in quotidiana cõquieſcit, tanto hæc febris diuturnior eſt quã quotidiana. Cæterum quartanæ ad proportionem diuturniores ſunt quam tertianæ: quãto minus bilis ſunt ſortitæ, à qua ſuggeritur calor,

& refrigerij

A *& refrigerij corporis amplius habent. immodicũ vero hoc ipſis ab atra bile acceſſit, & quòd difficile abſoluatur. Omniũ. n. quæ in corpore ſunt, bilis atra eſt maxime glutinoſa, ac diutiſſime immoratur. Quòd uero quartanæ febres participes ſint melãcholici ſucci, inde ſcire poſſes, quòd homines autũ no maxime à quartanis febribus capiũtur, & in ætate inter uigeſimũ quintũ, & quintũ et quadrageſimũ annũ. Ipſa uero hæc ætas omniũ maxime ætatũ occupatur ab atra bile, nec nõ tẽpeſtatũ omniũ maxime autũnalis. Scire aũt oportet, quòd quicũq; citra hanc tẽpeſtatẽ atq; ætatẽ à quartana febre fuerint occupati, ij minime diu febre laborabunt, mõ ne hõ alio quodã mõ delinquat.* 22.

Multi ſanè expoſitores, in quorũ numero eſt Sabinus, ſic nobis affecti eſſe videtur, atq; is ho-
mo, qui interim dum aqua inter cutẽ laborat, conducere arbitrat, vt eximius medicus ipſius redi
uiam ſanet: Duorũ. n. alterũ eſt neceſſum, vel q hic ignoret quo mõ nulla non parte ægrotet: vel
q opinatus ſit curatione non egere. Ad eundem igitur modũ etiã expoſitores, eſt opinãdum, vel
aiæ oculis cęcutire, vel ſanè cẽſere exigua errata aliqua curatione egere, ingẽtia aũt nihil opis ex-
poſtulare. ij enim veluti ab alto ſomno experrecti nouerũt, q id quod dicitur in præſenti ora-
tione, Hippocrati aduerſatur, eũ in ipſa affirmet quotidianam tertianæ eſſe breuiorẽ: & aperte Hip-
pocrates in primo de paſſim graſſantibus morbis & in aphoriſmis enuntiarit tertianã celerrime
B iudicari. Quo circa inquiunt librũ Hippocratis non eſſe. Quippe q & falſum dicat, & diuerſum
ab ijs quæ alibi Hippocrates ſcripſit. Si. n. eum qui hæc interea circũſcripſit, in hoc vno mẽtiri &
Hippocrati aduerſari deprehẽderunt, ſimiles ei videnť, qui rediuiam videt, atqui corpus vniuer-
ſum male affectũ nõ videt. Si quidẽ qui quotidianã tertiana lõgiorẽ eſſe ignorat, indicat ſeipſum
ne artis quidẽ opera extremo digito attigiſſe. Verũ is quidẽ nõ ex impudenti quadã infirmitate
mendaciũ finxit, ſed motus veriſimili ratione, ac pſertim quorũdam veterũ auctoritate, in quorũ
numero eſt Plato. Opinatus. n. eſt continuas quidẽ febres ab ignis exuberãtia excitari, quotidia-
nas autẽ ab aeris, & tertianas quidẽ ab aquæ, quartanas autẽ ab exceſſu terræ. Qñquidẽ Platonis
" oratio ſic ad verbũ habet. Corpus. n. in primis quod ab ignis exceſſu male habet, incẽdia cõtinua
" & febres facit: quod vero ex aeris quotidianas: verum ex aquæ, tertianas, quippe q ignauius ſit
" aere & igne. quartũ vero quod ab exuberantia terræ, ignauiſſimũ horũ, in quadruplicibus tẽpo-
" rũ circuitibus expurgatũ, quartanã efficiẽs febrẽ, vix liberať. Si igitur Plato, inquit ignauiſſimũ
elementũ, quod & firmiſſimũ eſt, & ad motũ miníme cõparatũ, in quadruplicibus temporũ cir-
cuitibus expurgari, veriſimile eſt, & alia ad eãdem proportionẽ mutuo inuicẽ differre, vt faciunt
quidam: & quod conſequens eſt terreo elemento (aqua vero id vtiq; ſit) circuitũ facere deinceps
C quartanæ conſequentẽ: rurſum vero id quod huic conſequẽter hæret (id vero eſt aer) facere quo-
tidianam: quod vero citatiſſimũ eſt (id vero q ignis ſit, neminẽ latet) facere cõtinuã febrem. Sed
hoc ſermone is veriſimilior eſt, qui generationis harũ cauſam calido per naturã elemento, hoc eſt
igni, aſcribit. Par. n. non eſt, vt calidiſſimus affectus à frigido elemẽto in corpore dominium ha-
benti generetur. Atqui par eſt quidem, vt à dominio calidi elementi calidus affectus fiat. Mutuo
autẽ differũt febres ſuis ipſorũ differẽtijs, quas conuenit quantitati cauſæ acceptas ferre. Hoc ve-
ro ſi cõcedemus, maxime qdẽ continua & calidiſſima febris à maxima ignis copia fiet. Quę vero
ſecũdo loco eſt ſita, habet ſm locũ penes quãtitatẽ, tertiũ aũt tertiana, quartana aũt quartũ. et ipſę
conſequẽter iuxta ordinẽ cauſarũ abſoluent. Citiſſimæ quidẽ, quę calidiſſimæ ſunt febris: quoti-
dianæ aut penes tps ſecũdo loco ſtatuẽtur, & tertio tertianę, & quartanę quarto. Quã obrẽ hæc
quidẽ quatenus ad veriſimilitudinẽ ſpectat, recte expoſita fuerũt: Sed rerũ euentus arguit rõnẽ.
Verũ in deſcripta venarum ſectione, is qui ipſam cõpoſuit, nihil veriſimilitudinis hñs qd' afferre
poſſit, videť nõ in vno mentitus fuiſſe, vel duobus, tribusue, ſed in admodũ multis: prẽter hoc q
ne vnũ quidẽ inter ipſa vel fortuito dixerit, in quo veritas cõtineatur. Eſt igitur mirandũ q nihil
in illis ſuccẽſuerint ei, qui poſt librũ De hominis natura, oĩa ad hũc vſq locũ ſcripſit: nũc autẽ ſuc
D cẽſent, & ob hoc ipſum opinio eſt, librũ haud amplius Hippocratis eſſe. Sed & ob id ẽt nũc aliqs
Sabinũ & cęteros multos interpretes admirari poſſet: q cum in laudibus oĩum preſcriptorũ perpetuo
verſarenť, hominem hoc quidẽ mirabili modo explicuſſe, hoc aũt ẽt fœliciter, & hoc diuine: Nũc
per vnicã contradictionẽ illorũ oĩum repente obliti, librũ non amplius eſſe Hippocratis opinen-
tur, ſed ad Polybum traducãt: tanquã ipſi quidem aphoriſmos legerint, & primũ de paſſim graſ-
ſantibus morbis, Polybus autẽ haud quaq;. quẽ fieri nequit, non ſæpius ab ipſo De febrium diffe
rentijs audiuiſſe, cum Hippocratis diſcipulus eſſet: ac non raro quidem, libros ipſius lectitaſſe, &
adhuc in languẽtibus ſpectaſſe tertianã celeris iudicij eſſe, tardare autẽ quotidianã. Non. n. Poly-
bus vnus erat ex vatibus Alexandrinis, qui tametſi neminẽ vnq; languentẽ inſpexiſſent, cũ diſ-
cipulis verſabantur, nihil integrũ quod vel ẽt rudes aperte in ęgrotantibus apparens intuerenť,
aſſerẽtes. Quãobrẽ qui hæc ſcripſit, vel ſanè hic ſophiſtes erat, vel homo neq;. Nãq; mendaciũ vi-
detur aſcripſiſſe, vt ſenem conuitio notaret. Quòd vero is qui hæc aſcripſit, ex recentioribus ſit,
indicio eſt & vox συνόχου. i. febris continuæ: quando neq; vllibi Hippocrates neq; veterum vllus
febrem cõtinuam, σύνοχον appellauit, ſicut neq; lotia. οὐρήματα. i. mictus. Sed hæ voces ſunt iunio-
rum, qui veterum dictiones ignorarint. Omiſſis igitur tandem adſcitijs iſſce, ad librum De vi-
ctus ratione ſanorum tranſeamus, quem ſanè Polybi eſſe affirmant.

Galeno

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

GALENO ASCRIPTVS LI

BER DE INCANTATIONE,

ADIVRATIONE, ET

SVSPENSIONE.

QVæsisti fili charissime de incantatione, adiuratione, & suspensione, si qua possunt prodesse, & si inuenerim in libris Græcorum hoc, & qualiter in libris Indorum est inuenire: Cui quæstioni compendiose in hac epistola conrespondere. Omnes inquam antiqui in hoc videntur esse concordati, corporis complexionem animæ sequi virtutem: quæ virtus si sit æqualiter temperata, actio quoq; corporis erit perfecta. vnde quia virtutes actionis animæ, in pueris, senibus, & mulieribus imperfectæ plurimum esse videntur: complexio quoq; corporis eorum imperfecta esse probatur. & hæc imperfectio similiter contingit habitatoribus intemperatæ regionis, vtpote caliditatis Aethiopię, & frigiditatis Scythiæ. Inde Plato inquit. Quando mens humana rem amat aliquam, licet naturaliter non iuuatiuam, sibi eam prodesse certificat: ex sola autem mentis intentione, corpus res illa iuuat, verbigratia si quis incantationem sibi prodesse cõfidat, qualiscũq; sit, eum tñ iuuat. Si. n. vt diximus, complexio corporis virtutem sequitur animæ, necesse est rem taliter se habere. quod certificatur: quia ex timore, tristitia, lætitia, stupore, nõ solum corpus in colore mutatur, sed etiam in multis alijs rebus, vt ventris solutione, siue cõstipatione, vel nimia defectione. Ego autem vidi ista, sanitatis diuturnarum passionum fuisse causas, maxime illarũ quæ corruptiones sunt mentium. In sanis autem fuere infirmitatis causæ hæc eadem. Vnde Socrates, Incantationes, inquit, verba sunt decipientia rationales animas secundum spei inceptionẽ, aut secundum timoris incisionem. Indi autem medi tantum confidunt incantationem siue adiurationem iuuare: Græci vero antiqui medici intendunt his in animam erroneam perfectionem suam reuocare, qua reuocata necesse est vt corpus reuocetur ab ipsa, cum complexionem corporis virtutem animę cõstet sequi. Vnde Galenus super libro Hippocratis De humoribus, Siquis, inquit, dixerit humores corporis mutatos immutare actionem animæ, vt animæ actio mutata mutat eosdẽ, non mentitur. quod certificatur, quia quando complexio cholerica dominatur, fit inde iracũdus: & econtra in sæpe irascentibus, cholera rubea augmentatur. necesse est enim complexionem animę corporis complexionem imitari, & corporis animæ. Iterum inquit Galenus, Intellectus & scientia in anima ex complexione augmentatur cholerica: continentia & studiositas, ex melancholica: deambulatio vero & delectatio, ex complexione sanguinea: phlegma nihil adiuuat virtutem animæ nisi in prima gustatorum mutatione. Constat ergo, quòd si medicus animæ complexionem quoq; adiuuerit, incantatione, siue suspẽsione, corporis complexionem ad vitã perduxit. Si autẽ his cõueniens adiungit̃ medicina, corpus incantatione animę adiuuat̃. quibus coniunctis necesse est sanitatem vtriusq; citius consequi. Itẽ inquit Galenus, Sunt homines læti naturaliter, & delitiosi, qui qñ infirmant̃, sanos eos subito futuros confirmet medicus, & eorũ dietam cum exercitijs reuocet: quorũ spes, sanitatis est causa. Sũt & alij è contrario, natura tristes, & vnde tristentur & angustientur, eorum animis semper cogitantes: quorum cogitationes oportet fallere medicũ, & lætificante intentione mutare animas eorũ. Sed neq; excedere debet lætificãdi modũ, ne promissionũ magnitudine negligat se medicandus. Memini enim quendã nostræ terræ nobilissimũ murmurasse se esse ligatũ ne cũ mulieribus coiret, quem adiui fallificando intentionem suam, & hoc magnis ingenijs: sed tamen nunquam reuocare potui, propter quod certificare & confirmare incepi quod ipse prius intendebat: deinde adducens sibi librũ Cleopatræ, quem fecerat de fœminarum formanda speciositate, legi locum, vbi dixit taliter, Ligatus fel coruinum accipiat mistum

A stum cum sesami oleo, quo vngens totum corpus: adiuuabitur: Iste autem audiens, confusus libri verbis, sic fecit, citoq; conualuit, & augmentata est concupiscentia coeundi. Ego quoque in antiquorum libris multis legi suspensa collo suffragari cum proprietate, non ex natura sui, quod nõ nego posse fieri propter confortationem mentis, vt dixi: de quibus cum sint multa, pauca tibi tangere disposui. Aristoteles in libro de lapidibus, Suspendens Smaragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit à casu epilepsiæ suspecto: vnde semper mandamus nobilibus, vt è collo filiorum suorum suspendatur: ne in hanc infirmitatem incidant. Item, quodlibet genus Hyacinthorum suspendens collo, siue habens in digito, si intret regionem pestiferam, nõ læditur, sed potius in mentibus hominum honoratur, & à maioribus petitiones eius complentur. Item, Sardam. xx. granorum hordei pondus portans è collo, seu in digito, nõ videbit terribilia in somno. Item, Corneolam è collo portans, siue in digito, mitigat iram in contentione: cuius autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxum cuiuslibet membri stringit, maxime in fœminis. Onyx suspensus vel digito portatus augmentat in somno terribilia, & tristitiam, & inter homines contentiosa, in pueris autem suspensus saliuam oris auget. Galenus ait, Stercora luporum ossa comedentium si in ventribus ilia dolentium, vel è collo patientium suspensa fuerint, statim
B dolorem mitigant: aliquando & in coxis suspenduntur, & cum fune laneo ligantur, illius, scilicet ouis quæ à lupis comesta est, sicq; melius iuuabuntur & fortius. Qp si filum non inueniatur, cum corrigia ceruina ligantur. Idem Galenus in vas argenteum posuit cuius, quantitas fabæ fuit, & in coxis suspendit, & multum profuit: hoc autem dixit in libro de simplici medicina. In libro autem eodem ait, Si Víperæ suffocatæ collum cum filo lineo suffocandi è collo suspenderis, ab soluitur à suffocatione sua. & multum valet apostematibus fauciũ. Dioscorides ait, Dentes canini canis rabiosi quando hominem momorderit, in frusto corij ligati, & armo suspensi, defendunt à morsibus canis rabiosi. Idem, Pullis hirundineis paruis in augmento lunæ acceptis, & primogenitis, si fuerint in ventre scissi, duos lapides inuenies, vnum vnius coloris, & alterum diuersi & oppositi: quos si ligaueris in corio vituli antequam terram tetigerint, & è collo siue armo suspenderis epilepticis valet, & aliquando persanant. Quidam medici suspendunt è collo radices herbæ Acetosæ propter scrofulas, & valent: Alij suspendunt radices Arnaglossæ propter easdem, & dissoluuntur. Auricularis digitus abortiui si è mulieris collo suspendatur, non concipit dum collo habebit. Hyoscyamus cum lacte caballino temperatus & corio ceruino impositus & suspensus è collo mulieris, concipere non permittit, dum in collo erit. Quidam dicunt
C mulierem ranam accipientem & os eius aperientem, terq; ibi inspuẽtem, non concipere illo anno. Alij oculum hirci ligant radici sampsuchi in horto, & irrigant cum vrina rufi tauri vespere: mane autem extracta radix ligatur cum eodem oculo in armo, libidinem augmentat. Galenus inquit, lapis Corallí multum valet ad passionem stomachi, si suspẽsus fuerit super stomachũ, vel è collo patientis. Dioscorides, semen Crocí hortensis ad scorpionis morsum valet in manu tentum, vel è collo suspensum: simile facit radix Lauri: idem etiam Iris agit. Alij dicunt radices Asparagi siccæ super dentes ligatæ, trahunt sine dolore. Item pedes Leporis & renes dextro armo ligati canes latrare non permittunt: similiter iecur facit canis, nisi coloris eius generis fuerit, cuius iecur fuit. Indi dicunt stercus Elephãtinum cum melle mistum, & in vulua mulieris impositum, nunquam permittit concipere: testatur hoc, quia arbori suspensum non permittit fructificare. Aaron dixit, stercus Elephãtis cum lacte caballino mistum & corio ceruino ligatum, & vmbilico mulieris suspensum, non permittit concipere. Quidam medici dicunt pedem testudinis dextrum pedi podagrici dextro suspensum iuuare, sinistro sinistrũ: idem & in manibus. Item radix Pæoniæ è collo suspensa pueris valet epilepticis: similiter pyrethrum: idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos autem hæc ex libris antiquorum excerpsimus, vt mens tua in in-
D cantatione, adiuratione, et suspensione non refragetur amplius. Sed omnia si ex libris antiquorũ philosophorum extrahamus, librum protendemus. Atqui voluntatem nostram hactenus exhibuimus. Hæc autem ego non tentaui: Sed nec etiam neganda sunt mihi, quia si non viderimus Magnetem sibi ferrum trahentem: non certificamur, nec credimus: similiter quòd Plumbum rũpit adamantem, quod ferrum non facit: & lapis, qui vocatur Nitrum, foco incenditur: Piscis autem quidam marinus se capientis sensum aufert: quę omnia si à nobis non videantur, nõ credantur, sed tentata certificant. Et forsitan itidem se habent dicta ab antiquis. Quorũ enim actio ex proprietate est, rationibus vnde sit comprehendi non potest: rationibus autem tantum comprehẽduntur quæ sensibus subministrantur. Aliquando ergo quædam substantiæ habent proprietatem ratione incõprehensibilem propter sui subtilitatem, sensibus non subministratam propter magnam sui altitudinem.

Galeni

GALENI DE OCVLIS A DE-
METRIO TRANSLATVS, NVPER
A VARIIS MENDIS
EXPVRGATVS.

Quòd oculorum, & partium eorum, & operationum notitia est necessaria volenti curare oculos: & quòd crystallinus est pars principalis oculi, cui cætera subseruiunt. CAP. I.

Portet medicum oculorum curam habere volentem, prius eorum naturam optime cognoscere: Vnũquodq; enim membrũ infirmum ideo curatur, vt ad naturam suæ propriæ sanitatis conuertatur. Sed scientia naturę membri, & vniuscuiusq; compositi, non potest comprehendi nisi partes totius noscantur. Qui igitur oculorum naturam scire desiderat, primo omnes partes quibus constructi sunt intelligat: noscatq; operationem cuiusq; partis, & quæ fuerit illius necessitas, & quo modo quæcunq; pars illa componatur. vnde de difficilioribus dicamus. Sciamus itaq; q omne membrum compositum habet propriam actionem propter quam factum fuit, quam actionem cum vna suarum partium operatur, cæterę vero illi operanti ministrant. Sic & de oculis est, qui cum è multis partibus diuersis compositi sint: visus tamen proprie fit ab vna suarum partium, id est humore qui dicitur crystallinus. Cæteri vero humores, atq; panniculi sunt propter iuuamentum ipsius, quod explanabimus, cum de omnibus disputabimus. G

De colore, figura, & situ humoris crystallini, vitrei & albuginei, Et de tribus tunicis quæ sunt post vitreum: Et de tribus quæ sunt ante albugineum: Et de tela aranea. CAP. 2.

Crystallinus est humor albus, splendidus, lucidus, non omnino rotundus, sed aliquantulũ planus, qui locatus est in medio oculorũ. Albus est & splẽdidus, vt cito varios colores recipiat, quia album & splendidum corpus cito & velociter coloribus opponitur, sicut in claro vitro fieri patet. Rotundus, ne cito patiatur, quia omnis forma rotunda non cito patitur, quia angulis caret. Parum latus, vt lumen sumere possit: Si enim rotundus esset exquisite, lumen non cito sumere posset, quia in loco vno stabilis non esset. In medio locatus, vt cæteræ partes sibi ministrent: quædam, quibus defenditur: quædam, quibus adiuuatur: vnde necessario in medio sibi ministrantiũ fuit. Q3 autẽ in eo sit visus, testatur id qđ videmus in cataractis. aqua enim cum inter crystallinũ & corneam steterit, vt non possit species præ aqua ad crystallinum transire, lumen amputat visuale: sed aqua ablata, lumẽ reparatur. Crystallinus autem in medio duorum locatur humorum, quorũ vnus retro est, qui dicitur hyelinos, id est vitreus, quasi vt vitrum lucidus. Alter vero est, qui est quasi albumen ouí, & dicitur albugineus. Post vitreum sunt tres panniculi, quorum primus vitreum circundat, quasi rete, inde & retina dicitur. Post hunc est alius, similis secundinę, & dicitur secundina. Iuxta quem est tertius, qui ossa cõtangit, durus & solidus: vnde & scliros vocatur. Ante albugineum sunt tres panniculi, quorum vnus albugineo coniungitur, eumq; circundat, qui est quasi vuea, eiusq; color nigredini pertinet, vnde vocant eum rhagoida, id est vueam. Ante hunc est alter cornu similis, vnde ceratoidis, id est cornea, dicitur. Iuxta hunc est alius, qui penitus non circundat sicut alij, sed eos intra se iungit, vnde coniunctiua dicitur, quia si cornea ab ea operiretur, spiritus eam perforare non posset. Inter crystallinũ & albugineum est tela aranea. Sed nunc videamus examen vniuscuiusq; ipsorum. Et primo de vitreo tribusq; panniculis post eum existentibus. H

Quòd crystallinus vitreo nutritur, Et quòd nerui optici soli concaui & de cerebro veniunt tecti dura & pia matre ad loca oculorum, Et de tribus tunicis quæ sunt post vitreum. CAP. 3.

Dicamus igitur ita, Omne membrum necessariũ est vt habeat cibum, quo restauretur id quod calore

A calore naturali & accidentali intus & extra dissoluitur. Cibus vero mẽbro conueniens est, quem sibi mẽbrũ bene assimulat. Crystallino ergo cibus est sic necessarius, vt ipse sit albissimus, & clarissimus: & hoc cũ sanguinem in sui naturam sumere non possit, necessario vitreum habuit mediantem, qui medius est inter naturam sanguinis & crystallini. Albior enim sanguine est, & minus albus quàm crystallinus: hic autẽ vitreus humor est de sanguine in venis subtilibus & arteriis digesto: vnde mutatus est à suo colore in speciem vitri. Ipsæ enim venæ & arteriæ sunt de retina, quæ procedit à subtilibus cerebri panniculis, neruum per quem spiritus ducitur circundãtibus qui neruus concauus est: quod planius dicemus vt pateat. Natura enim à cerebro sensum & voluntarium motũ omnibus tribuens mẽbris per neruos mediantes, duos neruos à cerebro prodeuntes, ad oculos mittit, quorum vnus durus est, vnde fit motus, alter mollis & concauus: neq; præter ipsum in toto corpore concauus alius est: quod ideo fuit, vt animatus spũs visum faciens, per eum duceretur. Cerebrum vero duobus panniculis est opertum, vno subtili & molli, altero duro & crasso: subtilis autẽ secundinæ assimulatur, quia venas & arterias habet, qui cerebro prodest, quia nutrit & defendit eum cum suis arteriis & venis: crassus vero defendit solummodo ab ossibus capitis appropinquantibus ei. Omnes autem nerui à cerebro procedentes, istis panniculis sunt operti, donec à capitis ossibus egrediantur: similiter nerui ad oculos venientes, his duobus panniculis circundantur: vnde molli panniculo cõcauus neruus circũtegitur, & extenditur in modum telę cum suis venis. Est autem rete vitreum humorem cooperiens: Vitreus autem humor medium crystallinum comprehendit: Retina venis & arteriis ad vitreum portat cibum, & cum suis neruis sensum & spiritum visibilem ad crystallinum ducit. Subtilis autem panniculus qui secundina dicitur, quo neruus circũtegitur, cum alio qui retina dicitur, coniunctus est illi secundo loco crystallino iunctus est, cui secundina præstat auxilium, quia suis venis & arteriis nutrimentum portat ad retinam, & defendit eã ne rumpatur. Durus autem panniculus subtili coniungitur, eumq; circundat, qui ad hoc valet oculis, quòd eos ab osse defendit in quo locati sunt, ne eis sua duritie noceat, & est quasi ligamẽtum oculorum. Sufficiant hæc de tribus humoribus, & tribus panniculis post crystallinum existentibus. B

De tribus tunicis ante crystallinum iunctis eis quæ sunt post ipsum: Deq; iuuamentis earum & albuginei humoris: Et de coniunctiua, & musculis qui mouent oculos & palpebram, & sustinent neruos opticos. CAP. 4

Panniculi vero tres ante crystallinum existentes taliter sunt. Diximus enim pãniculos cooperire cerebrum, neruosq; ad oculos venientes circundare: sed tamen in oculis existentes diuiduntur, & faciunt duos: vterq; tamen ad medium crystallini iungitur in loco qui dicitur iris. Super pupilla est panniculus cornea, qui à duro panno cerebrum cooperiente procedit, & panniculus qui vuea dicitur, & ab illo quem secundinam dicũt procedit, qui, vt diximus, iungitur duro, qui cooperit, vt dictum est, secundinam. Panniculus vero exterior, id est cõiunctiua, super corneam procedit. Cornea vero ad hæc necessaria est vt crystallinum defendat, ne ab exterioribus, quia durus panniculus est, patiatur. Hæc autem subtilissima, alba, & dura est: subtilis & alba, vt cito spiritus eam penetrare possit: dura, ne propter subtilitatem cito rumperetur. Vuea tribus de causis necessaria est: vna, vt corneam nutriat, quæ venas vnde nutriatur habere nequit: alia vero, vt media sit inter corneam & crystallinum, ne cornea duritie sua noceat crystallino: tertia, vt coadunet lumen suo colore nigredini pertinente. Omne enim lucidum, lumen dispergit, nigrum vero coadunat. Vuea ergo multitudinem venarum habuit & arteriarum, vt corneam nutriat: Mollis fuit, ne crystallino inferret nocumentum. Proprios habet villos in quibus aqua coadunatur in cataracta. Lenis autem exterius est, ne cornea sibi noceat. Color eius est sicut color cœli, vt lumen sicut diximus coadunet. In medio eius foramen est, per quod lumen ingreditur: & intrinsecus C

D plena est humore qui dicitur albugineus, vt faciat crystallinum à cornea distare. Albugineus lateriis iuuaminis est, quia crystallinum defendit, ne ab exteriori aere deficcetur: & humectat vueam, ne noceat crystallino. Sed inter crystallinum & albugineum quidam est panniculus tenuissimus, sicut cortex tenuissimus cepæ, vel araneæ tela, qui medium operit crystallinũ, vt eum ab vuea defendat. Ideoq; quidam medici dixerunt oculorum panniculos septem esse, dixerũt alij sex, alij quinq;, quidam quatuor, quidam tres, nõnulli duos, quorum discordia non erat in re. Dicentes enim septem, computabant retinam, secundinam, scliron, araneam, vueã, corneam, coniunctiuam. Qui enim sex, retinam non esse pãniculũ dicebant, asserẽtes defensorium panniculũ quoddam esse, retinam potius nutrire, q3 custodire. Sed qui quinq; autumabant, araneam nõ panniculum, sed crystallini partem esse dicebant, neq; coniunctiuam. Dicentes autem quatuor, contendebant coniunctiuã non esse panniculum, sed ligamentũ oculorũ, neq; retinam nec araneam telam. Tres esse dicentes, vueam & secũdinam vnũ esse dicebãt panniculũ, quia vuea à secũdina procedit: retinam quoq; & araneam vnũ panniculum: item scliron & corneã vnum pãniculum. Qui duos dixerunt, scliron & corneam vnũ intẽdebant: & secũdinam & corneam vnũ: retinam vero & araneam & coniunctiuam non esse panniculos. Intentio ergo antiquorum erat vna. Nunc de coniunctiua dicamus de qua hucusq; tacuimus. Sciendum ergo lacertos oculis esse necessarios,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ceſſarios, quibus poſſent moueri, & viſibilibus rebus opponi. Ideoq; ſeptẽ habent lacertos, quorum vnus mouet oculos erga nares, alter verſus tempora, tertius ſurſum, quartus deorſum, quintus firmat & corroborat neruũ vnde viſus procedit: duo alij alligant coniunctiuã ne vſq; ad corneam tendat, & operiunt lacertos ibi exiſtentes in angulis oculorũ. Tres iterũ ſuperiores palpebras mouent, vnus ſuperius & duo inferius: inferiores vero palpebræ nullum habent motum.

PARTICVLA ſecunda eſt de ortu neruorũ ſenſus à cerebro. Et triplici ſpecie regitiuæ virtutis: Et de neruis opticis & ipſorum coniunctione, & ſpiritibus viſuus. Et de modo quo fit viſio. Cuius ſex ſunt capita. Quòd omnes ſenſus à cerebro procedunt, & ab ipſo prodeunt ſeptem paria neruorum, cæteri vero nerui à ſpinali medulla. CAP. 1.

NEceſſe eſt qui naturam oculorum vult ſcire, prius cerebri naturam optime cognoſcat. Viſus enim ab eo procedit, & ſuperior eius actio ad eum conuertitur. Cerebrũ autẽ frigidius & humidius cæteris mẽbris eſt, quod poſtea explanabimus. Initium enim eſt ſenſus & volũtarij motus ac regitiuæ virtutis. Nullũ enim aliud membrũ hac actione fungit̃, ſed cerebrũ. His enim modis operatur, vel per ſe, vel per viam adiuuantis, inſtrumento adiuuante ſenſum agit, & motum voluntariũ. Inſtrumenta ſunt nerui, qui duobus ſunt modis, quidam à cerebro, quidam à ſpinali medulla procedũt: medulla ſpinalis tñ de cerebro eſt, vnde cerebrũ fundamentũ neruorũ eſt omniũ. Sed duris neruis voluntarius motus efficitur: dum nerui cũ lacertis componũtur. Lacerti enim de neruis ſunt & carne & ligamento compoſiti, & ligamenta ab oſſibus procedũt. Molles nerui quinq; ſenſus faciunt. Quibus omnibus ſubtilior & acutior eſt viſus, qui ſenſus igneus eſt, & igneam habet naturam. i. ſplendorem & ruborem: lumen igneæ eſt naturæ, quia cum coadunatur intus, ignis ex eo ſuccenditur. Poſt viſum eſt auditus. poſt quẽ olfactus, poſt olfactum, guſtus: qui quidẽ quia ſentit qđ' eſt aquoſum, aquæ pertinet. Sapor enim qui ſentitur nihil aliud eſt q̃ aqua alicuius corporis ſiccitati admiſta calore operante: proinde antiqui saporẽ vocauerũt chymum. i. liquorem. Cæteris ſenſibus tactus craſſior eſt, qui quidem ſentit quod terreũ eſt, & terræ pertinet. i. durũ, molle, calidũ, frigidũ, & ſiccũ, & quæ ex his procedunt. Omnes autem nerui ſenſum habent tactus, ſed non voluntarium motũ, vt diximus: quia duri nerui tantũ voluntario motu fungũtur: ſed molles duris ſunt ſenſibiliores: procedunt vero duri plus à ſpinali medulla. A cerebro autem procedunt ſeptem paria neruorum: quorum primum & ſecũdum par ad oculos veniunt: Vnum eſt concauũ per quem ſenſus viſus fit. i. per quem animatus ſpiritus viſum dans ad oculos tendit: Secundum par oculi lacertos & palpebras mouet. Tertium ad linguam tendit dãs ei ſenſum ſaporum. Quartum ad palatum deuenit vbi guſtus ſenſum facit. Quintũ ad aures accedit ſenſum auditus faciens. Sextum ad viſcera deſcendit, & per ea diuiditur, dans eis tactum. Septimum mouet lacertos linguæ. Cæteri quibus mouentur manus, pectus, pedes, dorſum, & caput de ſpinali medulla procedũt. Sic cerebrũ cum inſtrumento. i. neruis, motum agit, & ſenſum.

De trina actione virtutis regitiuæ & de animali ſpiritu, & natura cerebri. CAP. 2.

Regitiua vero actio per ſe ſolum tribus modis eſt, phantaſia in fronte, ratio in medio, memoria in puppi. Cerebrum habet quatuor concauitates quæ dicuntur ventriculi, duæ ſunt in prora, tertia in puppi, quarta inter prorã & puppim, in quibus ſemper eſt animatus ſpiritus, quo actus, vt diximus, fit. Spiritus autem animatus, de vitali fit: vitalis in corde generatur & naſcitur. A corde enim duæ venæ ad cerebrum aſcendunt, quæ ſubtus cerebrum venientes, multis diuiduntur modis, & protelatę faciunt quaſi rete, per quas ſpiritus vitalis à corde ad cerebrum ductus, in illo reti moratur, quouſq; mundificetur, & ſubtilietur. purificatus deinde ad medium ventriculũ cerebri tendit, ibiq; aliquantulum permanens ſubtiliatur, poſtea ad puppis vadit ventriculum. Sed via quæ eſt à medio ad puppim non eſt aperta: habet enim portam, in qua quoddam obſtaculum eſt, cuius forma eſt ſicut pinea, quam anatomici Vermem vocant: ſed fermè ſemper clauditur. Vnde cum ſpiritus qui eſt in puppi, fuerit motus: fit memoria: cum is qui eſt in medio, fit intellectus & ratio: cum ille qui eſt in prioribus, fit ſenſus communis & phantaſia. Hęc eſt diſpoſitio cerebri, ſuaq; actionis. Cerebri autem natura frigida eſt & humida. Frigida duabus de cauſis: Vna propter multitudinem ſui motus: quo fiunt memoria, intellectus, & imaginatio. Secunda, propter motionem quæ ab eo dirigitur: vnde fiunt ſenſus & voluntarius motus, ne cauſa ſuæ motionis calidiſſimum factum, incenderetur, & incenſum conſumeretur amplius. Si cerebrũ calidum eſſet, memoria inſtabilis eſſet: caput enim calidum, mobile eſt naturaliter, frigidum contra. Memoriæ vero requiẽs & ſtabilitas eſt neceſſaria, quod ſic atteſtantur, quia calidum cerebrũ habentes, inſtabiles, & mobiles ſunt. Humiditas autem cerebri duabus de cauſis eſt neceſſaria: Vna, ne ex motu nimio deſiccaretur: motus enim calorem facit, calor vero deſiccat humiditatem: Alia, vt in eo velociter imaginatio formaretur, & cito ſenſum qui eam dirigit, ſuſcipere poſſet, & velociter ad audita diſcernendum moueretur: rurſus vt nerui ab eo procedentes molles eſſent. Impoſſibile eſt enim à duro, molle, vel à molli, durum generari: proinde prora mollior eſt puppi, quia de prora molles, de puppi, duri nerui procedunt, quibus motus voluntarius fit.

De neruis opticis & eorum differentijs à cæteris neruis. CAP. 3.

Qui inſtrm viſus optime ſcire deſiderat, primum naturam vtriuſq; nerui viſibilis inueſtiget, vt bene

vt bene cognoſcat, quibus cum cæteris neruis cõicet, & quibus diſcrepet. Deinde de viſibili ſpiritu perquirat, quatenus ſciat cũ qbus ſpiritibus conueniat, & in quo diſcrepet: poſtremo de ipſo viſu quo modo fit, quod in hoc capite planè deſcribam. Primum itaq; neruorum par, quod ſupra diximus cũ vtroq; cerebri panniculo deſcẽdere, & ſecum viſibilẽ ſpiritum ducere, cũ cęteris neruis ſenſum facientibus duobus modis cõuenit: Vno, quia vt alij, à cerebri prora deſcendit: Alio, quia & ipſe nobilis eſt, diſcrepat tñ ab eis, ſex modis. Primo, quia maior cęteris eſt à cerebro & à ſpinali medulla, pcedentibus: Magnus vero quia cõcauus eſt: ſi enim eſſet paruus, neceſſario ſubtilis eſſet, vnde cito frangibilis: Cuius cõcauitas neceſſario fuit larga, vt nullam pateretur obſtructionẽ, & ideo magnus fuit. Secundo, quia ſolus ſic cõcauus eſt, vt eius concauitas ſenſui oſtẽdatur, quæ concauitas protenditur vſq; ad locum in quo pãniculus oculorum qui rete dicitur, ſe procreare incipit: quod facile ſenſui patet, ſi anatomia cernatur. Inchoat quoq; ipſa cõcauitas ab vtroq; cerebri ventriculo, qui eſt in cerebri prora: in quo tamen loco concauitas videri non poteſt, quia ſubtiliſſima & anguſtiſſima eſt. Hoc foramen qui vult aſpicere, quærat in cerebro magnorum animalium in hora, qua occiduntur. Caueat tamẽ ne in æſtate, calidoue tempore fiat: & vtroſq; cerebri panniculos tangat caute, ne frangãtur, & in fine illorum panniculorũ inueniet illud neruorũ par ab vtroq; ventriculo, pcedens: poteritq; videre qualiter ipſa concauitas ab ipſis vẽtriculis inchoet. Tertio, quia vterq; viſibilis neruus, intrinſecus eſt molliſſimus, vt facile ſentire poſſit, extra aliquantulum durus, vt à paſſione ſit illæſus. Quarto, quia per hoc par neruorum multo maior ſpiritus quantitas, q̃ per oẽs neruos ſenſum & motum voluntarium facientes ducitur. in illis tñ non ſubſtãtialiter, ſed ſola virtus eius per eos vehitur. per illud autẽ par, multa ſpiritus eſſentiæ quantitas defertur. Oculi enim cum ſint nobiliſſimæ actionis, vadit ad eos multum de ſubſtantia ſpiritus, vſq; ad panniculũ qui dicitur vuea: hoc enim fuit neceſſarium ad adiuuandum viſum. Quinto, quia cæteri nerui quanto ſunt à cerebro remotiores, tanto ſunt duriores, & à propria natura mutantur: iſte intrinſecus molliſſimus eſt, extrinſecus vero ſolidior, vt mollities interior exteriori duritie tueatur, neq; deſiccetur. Cuius mollitiem & ſi aliquantulum inueniens indurari, tñ ad oculos veniens, in naturam, quam in cerebro exiſtens habuerat, conuertitur: in panniculo enim qui rete dicitur, mollis efficitur, ita vt in naturam cerebri procedat, fitq; quaſi rete. Sexto quæ & laudabilior eius proprietas eſt: quia hoc par neruorum cum ẽ prora vtriuſq; ventriculi ſeparatum egrediatur, non recto itinere ſicut exierat, vadit: ſed per interiora capitis torquetur, & ad oſſa narium veniens commiſcetur: ſic vt ipſorum vtraq; foramina fiant vnum ibidem. Iterum hi nerui ſeparantur, & recto itinere, vt egreſſi fuerant, vadũt, vnuſq; ẽ dextro ventriculo exiens, ad dextrum oculum tendit: alter de ſiniſtro prodiens ad ſiniſtrum peruenit, de quorum coniunctione & ſeparatione plures antiquorum diuerſe ſenſerunt.

De opinionibus circa cauſam coniunctionis neruorum opticorum, & de cauſa ob quam non vnicus exiuit craſſus à medio primi ventriculi cerebri. CAP. 4.

Quidam hæc ideo fieri dicebant, vt ſi vnus læderetur, alius ſubueniret, alij eos ideo eſſe coniũctos, quia omnis ſenſus ab vno fundamento procedit, quorum ſententia prorſus vana eſt. Natura enim tam optime, tam fortiter, membra compleuit, vt nullam timeant paſſionis occaſionem, nec ſolum nerui viſum ferentes ab vno loco exeunt, ſed oẽs ab eodem loco egrediuntur, neq; tñ poſtea coniunguntur. Nõnulli ob hoc eos dicunt coniũgi, vt vnus ab alio cõfortetur: ſi enim ſeparati eſſent, pp itineris longitudinem rumperentur, quod quidẽ non impoſsibile eſt, ſed tñ non eſt via tam longa, vt in ea rumpi debeant. Alij ſic aiunt, quorũ intentio vera eſt: ſpiritu viſibili veniente ad oculos, neceſſe eſt, vt vno oculo clauſo totus ſpiritus ad aliũ veniat. quod fieri non poſſet, niſi nerui prius ſeparati coniungerentur, & iterum ſepararent̃: quod huiuſmodi experimentum teſtatur. Si aliquod corpus ſuper naſum ponatur, vtroq; oculo ad videndũ directo, fit viſus debilior & obſcurior: ſed vno clauſo, fit viſus in altero fortior, q̃ in vtroq; fuerat, & quod vtriq; cernere nequiuerant, vnus ſolus clariſſime aſpicit. hoc ideo, quia ſpiritus qui in vtroq; fuerat, ad vnum conuertitur: altero enim clauſo, alterius pupilla clarior efficitur. Alij alio modo ſentiunt, quorum ſententia eſt neceſſaria, niſi nerui ad oculos directi primum coniungerentur, & poſtea ſepararentur, neceſſario res vna, dupla viſui appareret. cum enim res viſibilis videri non poſſit, niſi viſu oculorum pupillas exeunte: ipſe autẽ viſus per lineas rectas egrediat̃, & rẽ recto tramite ante ſe pcipiat, ſicut videmur radios ſolis p anguſtã cauitatem pomũ ingredi, & lineæ ipſę, anguſtæ ſunt in exordio ſui: deinde vero paulatim dilatant̃, fiatq; in vtroq; oculo quaſi quędam pineę forma neceſſe eſt, vt vterq; viſus lineatim directus, & in loco vbi eſt res videnda cõiũctus, eã ęqualiter pcutiat: deinde quouſq; ad pupillam perueniat, cõuertatur neceſſe eſt, vt exordium vtriuſq; à pupilla æqualiter egrediatur, & p vnã ſupficiem ambo ambulẽt. Duorum exordia ſunt in loco, vbi vtriq; nerui coniũgunt̃, ibi vnus idemq; factus, & ſic ex vtraq; pupilla à ſuo loco egreſſus, videndã rem videt, eamq; ſicut eſt, comprehẽdit: qm̃ ſi vna pupilla à ſuo loco inferius vel ſuperius mutaret̃, res ſupiori pupilla viſa, ſuperius videret̃, ſicq; dupla appareret, pp quod oculis tria fuerũt neceſſaria. ſ. pupilla fundituia viſus, locus vbi vterq; cõiũgit̃ nerius, et recte lineę, vt viſus recte p eas trãſeat. Hæc eſt cã q̃re nerui ad oculos veniẽtes prius cõiugunt̃. Sed tñ qdã ſic obijciunt

Cum illos

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Cum illos duos neruos necessarium sit coniungi: quare non statim vnus facti sunt, sed duo. Quibus est respõdendũ, vnus ideo neruus nõ fuit, quia à cerebri medio exire non potuit, maxime qa magnus est vterq;. Itẽ, magna quędã cõcauitas illic est, vbi palati foramina cerebro cõiunguntur, p quã, cerebrũ, suã supfluitatẽ expellit. via ẽt quę ad nares ducit, ibi cõstat. illa autẽ cõcauitas, & hęc via, ibi esse nõ posset, si neruus vnus ibi locaret. Nares.n. sunt in media facie, vñ nisi earũ foramina cerebro opposita essent, olfactus nõ esset. Quia ergo cerebri loca rebus hisce cõprehensa sunt, necesse fuit, vt nerui visum ferentes nõ ab vno loco egrederẽtur, quos natura in vno loco coniunxit, vt idem foramen eos habere faceret: deinde, vt separatim ad vtrunq; oculum irent, seiunxit.

De animato spiritu, & visibili, & quòd visibilis spiritus substantialiter ad oculos peruenit, & aliorum sensuum organa solum peruenium eorum spiritus irradiatiue. CAP. 5.

Visibilis, vt diximus, spũs de spiritu nascitur aiato, à ventriculis proræ cerebri procedẽs: ibiq; mũdificat vt diximus, cũ de cerebri natura disputauimus: qui spũs, spiritualiter est sensibilis, quia visus vnus ẽ sensibus, cæteris dignior & nobilior. Porrò ipse habet proprietatẽ, quã nullus aliorũ sensuum habet. Animalis siquidem spiritus in cerebri ventriculis existens, sensum & voluntariũ mandat motum: virtus enim ipsius per neruos penetrat ad cætera mẽbra, essentia vero in, pprio permanet loco: sicut sol totũ aerem illuminat, ipse tamen in vno loco stat. Sed ad oculos non solũ virtus visibilis spiritus, sed ipse spiritus essentialiter dirigit, & tanta eius quantitas, quanta est necessaria, illuc adducitur, quod vtriusq; nerui cõcauitas attestatur. id etiã hoc testat, quia vno oculo clauso, ad pupillã alterius tota virtus conuertitur causa neruorũ coniunctorũ: inde foramẽ pãniculi, qui dicitur vuea, præ multitudine spiritus necessario dilatatur: aperto vero oculo cũ spũs ad eũ reuertatur, foramen vueę ad propriã redigitur mensuram. Hoc signo ẽt, si obseruari possit, cognoscitur. Si vno oculo aqua clauso pupilla alterius dilatetur: spũs enim visibilis in eo esse demõstratur, vnde aqua quæ transitum eius obstruit, ablata, visus redditur. Si vero non dilatet, hoc ideo est, quia neruus per quẽ spiritus ducit, obstructus est. Vnde etiã cum cæteri nerui nullã habeãt concauitatẽ, quia virtus aãlis spũs nõ ipsemet essentialiter per eos ducit, oculorũ nerui necessario cõcaui fuerunt, vt spũs substantialiter per ipsos transire possit. Cæteri autẽ nõ sunt cõcaui, ne per corpus diuisi, & à suo fundamento remoti, leuiter rũperent, vel quia tanta spiritus quãtitas sensui motui voluntario non est necessaria, quanta visui. Nullus enim sensus, præter visum, sentit sentiendam rem, nisi ei coniungatur: visus autem pupillam egrediens longe remota sentit: vnde multa spiritus quantitas necessaria est: & ideo nerui necessario concaui facti sunt.

De modo quo fit visio. CAP. 6.

Videndum est etiã qũo fiat visus. Diximus ergo cũ aliqua res videt necessario, vel aliquid ex ea dirigitur visui, p quod quid ipsa sit, cognoscitur: vel virtus visus ad eam mandatur, vel aliquid medium est inter visum & rẽ visam, per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo inuestigari q horum certum sit. Oẽs philosophi cõcordati sunt, q res nõ possit videri nisi per foramẽ pupillæ. Si ergo ad visum à re vidẽda aliquid dirigitur, siue sit virtus, siue sit forma, siue qualitas, siue quãtitas mensurata, qũo illud angustũ foramẽ intrare poterit? quæ ẽt virtus esse põt quę ad oculos diuersorum in momẽto rẽ videndã deducat? quod quia impossibile est, spernatur. Q; autẽ visibilis spiritus pupillam exiens solus ad rẽ videndã vadat, eiusq; quantitas magnitudinẽ cõprehendat, falsum est. Ipse enim spiritus non tantæ est quantitatis, vt adeo dilatari possit, vt tot & tantas rerũ ambiat quãtitates, cũ in vno momento multa & diuersa & maxima indiuidua cõprehendimus. Ad tertiũ ergo membrũ cõuertamur. quippe aer corpora circũdãs, si clarus & lucidus fuerit, supplemẽtũ visui facit quod nerui cerebro, quia sicut splẽdor solis, sic spũs recipit virtutẽ. sicut.n. solis splendor superiorem aeris extremitatẽ percutiens, totum aerem penetrat, eũq; clarificat: sic & visibilis spũs pupillam egressus, mox totũ aerem penetrat, & extensus per loca remotiora, mutat ea in suam naturã, quod fit cũ aer in toto iunctus est, quod in sole palàm fieri videtur. Si enim aliqd corpus in aere ponatur, cum solis splẽdor illud nequeat penetrare, forma illius corporis post se obscura apparet. causa, quia nõ suscipit aer lumẽ nisi sit continuus, nec solis splendor, separatũ à se aerem mutat, qm̃ si actio splendoris fortiter in aere operata fuisset, posset in eadẽ actione permanere, splendore solis absente. Sed vtriq; hac carent proprietate, q neq; solis, neq; spiritus splendor suam actionẽ aeri, ipso absente, põt dimittere. Recte ergo causa dans lumen ablata, ipso momento, lumẽ ab aere ausertur. Eodẽ modo de neruis intelligitur: quia si neruus fuerit incisus & à cerebro diuisus, illico membrũ cui sensum dabat, fit insensibile. Propterea hæc duo sic debẽt esse coniuncta. i. aer & spiritus, sicut neruus & cerebrũ. Et quãuis aer in altera mutetur actione, sicut cum calefit vel infrigidatur, & in qualitate rei calefacientis vel infrigidantis permanet, lumen tñ non idem in aere operatur: ipso enim absente & lux ab aere amputat. Deinde necesse est semp vt aer cõtinuatim illumineẽ. hoc.n. nisi fuerit. nullo mõ lucidus fieret, sic & nerui cerebro faciũt supplemẽtũ, quia licet de substãtia sint cerebri, duriores tñ sunt, quò lucidioribus passionibus subiaceãt, vnde aliquãtulũ à natura cerebri sunt mutati. Sed nerui duobus modis sunt. qdã. n. motũ faciũt, qdã sensum: & faciẽtes sensum, molles sũt: optantes motũ, sunt duri. Et q̃uis nerui duri sensũ hẽant tãgẽdi, molles tñ nerui nõ inueniunt illã cũ duris neruis hẽre societatẽ. sed ipsi duri hoc faciunt:

ciunt, quia tactus cæteris sensibus est crassior. Sensus autẽ visibilis, quia cæteris sensibus est acutior & subtilior, ideo neruus spiritum visibilẽ seruans, cęteris sensibilibus neruis cerebro est propinquior. Quia igitur oculi in aere agunt, sicut cerebrum in neruis, ideo multã quantitatem spiritus habuerunt, vt in aere rem suam faciant, sicut in neruis, pprias res cerebrũ. Visus autẽ primo colores sentit, quod ei, pprium est: deinde corpus in quo fundati sunt, sicut gustus prius sentit sapores, postea fundamenta eorum. Gustus tñ & cæteri sensus rem sentiendam ad se venturam expectant: Visus vero ab oculis elongatur, & per aerem extenditur quousq; ad corpus perueniat coloratum. Hac de causa solus visus sentit formam corporis, ac quantitatem, & cum eius colore motum rationabiliter, non tñ essentialiter, sentit: quod nullus habet cæterorum nisi tactus accidentaliter. Verbi gratia: Siquis per tenebras ambulans fustem in manu duxerit, eo amplius non potẽte penetrare, cognoscit q motum per corpus solidum fieri, impossibile est. Visus autẽ habet alterã proprietatem, quia incidens supra corpus leue, solidũ, & lucidũ: rectus ad pupillam cõuertitur, vnde exierat. vnde in speculo vel in aliis splendidis corporibus prope nos stantibus, videmus formã nostrã: & siquis studiose in oculũ alterius spectet, videt in eo suã faciẽ: causa, quia visus ad pupillam conuertitur propter luciditatẽ panniculi, qui aranęæ tela dicitur. est. n. supra cry-
stallinum, sicut adeps superne coagulatus: & quasi rutilans, clara est. Verũtamen quãuis præ cæteris solus per aerẽ motum rei sentiendæ sentiat, non tñ arbitratur, sicut cæcus se confuse sentire: quia aer, mox vt rem sentit, eã visui ministrat: quæ proprietas soli inest visui, aerẽ videlicet in sui mutare naturã. Alterius etiam dignioris est proprietatis, q non solũ recte, sed ex transuerso conspicit necessario, cum multus spiritus à cerebro ad oculos dirigitur, rursus spiritus pupillã exiẽs, & aerem percutiens, mutat eum in suã naturã. Recte ergo visus, igneus dicitur: auditus, aereus: gustus, aquosus: tactus, terreus: olfactus, fumosus. quatuor. n. elemẽta sensus quatuor cõstituunt, vt vnusquisq; eorum vnum ex his cõprehendat, & ea, cum in natura sua sunt, vel in aliud mutantur, vel aliqua accidentia patiuntur, discernat: prẽter hos quatuor sensus, fuit alius qui fumosa cõprehenderet. fumus. n. in sua natura mediocris est, cum elementa non nisi quatuor sint. Sed visus qui ad hoc est, vt colores comprehẽdat, necessario luminosus fuit. solum. n. quod lucidum est, cõuertitur in colores. Testatur hoc aer, qui cum clarus & lucidus sit, facile in colores mutatur. nam palàm est, quia si quis candidis indutus iaceat sub arbore, color vestimentorum in frondium colorem mutatur: vnde patet aerem in illum colorem fuisse mutatum. Videmus etiam sæpe aerem in colorem lucidi parietis mutari, illumq; colorem per aerem ad illud corpus mutari, maxime si
paries viridis, vel rubeus fuerit vel citrini coloris: & sicut solis splẽdor eum ad suã mutat naturã, sic & colores in suas eũ qualitates conuertunt. Similiter & lumen visibilis spiritus mox vt aerem percutit, ipsum immutat. Hæc tria sunt, quæ aerẽ sine vllo tẽporis spatio immutant, lumen solis, fulgidus color, & lumen visibilis spiritus. Palàm est ergo, visum non fieri nisi aeris mediocritate, quod sensus attestatur. Antiqui etiam cõcordant dicentes aerẽ esse visui veluti ramus, & conueniens est instrumentum cum fuerit lucidus, vel aliorum corporũ lucidorum lumine illuminatus: & sic seruire aerem visui, sicut cerebro nerui. Sicut enim cerebrũ non sentit quod oculi comprehendunt, nisi neruis mediantibus: sic & oculi nihil sentiunt, nisi lucido aere mediante.

PARTICVLA tertia est de prima & vniuersali medicinæ intentione, & de rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturã, & de generibus & speciebus, & causis et accidẽtibus morborũ. Cuius sunt quinq; capita.

De prima medicinæ intentione, & de necessariis ad eam. CAP. 1.

Oportet medicum præ oĩbus primam & vniuersalẽ medicinæ intentionẽ prędere, & eam particulariter diuidendo ad indiuiduum ducere. Prima autẽ medicinę intentio est, quę bifariam diuiditur: aut. n. in sanis, cum similibus sanitas custoditur: aut in ægris per cõtrarium sanitas redditur. Quorum primæ necessaria est rerum naturaliũ scientia. naturalibus. n. agnitis, patefiunt ea quæ sunt similia sanitati: & sic etiam cognoscuntur quæ sunt cõtraria. similibus ergo seruatis, contrariis prohibitis sanitas custoditur. Secundæ autem intentioni duo sunt necessaria: nõ naturaliũ. s. & cõtra naturã rerũ scientia. Sanitas. n. infirmo cũ quadã mutatione restituit: quã mutationẽ qui facere vult, necesse est sciat ad quid mutare decet. Nisi. n. sciat de quo, & ad quid mutãdum decet mutare, nõ securus est quin vnde cõuenit nõ imutari, mutet. & nisi nouerit ad quid decet mutare, ad id quod nõ oportet, cõuertere poterit. Sanitas infirmo reddit cõmutatione rerũ cõtra naturã ad naturalia. vñ & ista sciri debẽt ad q̃ illa trãsmutant, & illa ẽt q̃ ad illa cõuertantur.

De rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam. CAP. 2.

Res autẽ naturalis duobus est modis, generalis & specialis. Generalis dicitur esse humani corporis complexio, & vniuscuiusq; corporis cõpositio. Complexio quidem multipliciter est: tum ætas, & consuetudo. Naturalis complexio est secundum differentiam sexus, vt in mare & fœmina: vel secundum euentum, vt est complexio spermatum, vel spirituum de quibus sit. Consuetudo sex modis est: Primo, ex aere & eius mutatione, quæ mutatio vel localis est, vel temporalis, cum aliquid in tempore contingit: Secundo, ex motu vel quiete: Tertio, ex repletione vel inanitione: Quarto, ex somno vel vigilia: Quinto, ex cibo & potu: Sexto, ex animæ accidentibus. Specialis est, vt virtus, quæ triplex est, naturalis, vitalis, animalis. Superius animalem tetigimus,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cum de cerebro diſputauimus. Vitalis eſt, quæ cor & arterias facit pulſare. Naturalis triplex eſt, E
generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Nutritiua quadruplex eſt, attractiua, retentiua, digeſtiua
& expulſiua. Res autẽ extra naturã duplex eſt, aut eſt nocumentũ actionis, aut quod ex eo ge-
neratur. Nocumentũ actionis, aut quod ex eo generaſ, duplex eſt: aut eſt ſine mediatore, & mor-
bus dicit: aut cum mediatore, & cauſa vocaſ. Quod autẽ actionis nocumẽto generaſ, accidẽs no-
minaſ: quod iterũ duplex eſt. ſ. aut ex diuerſis corporis qualitatibus, aut à qualitatibus diuerſis à
corpore egredientibus. Corporis qualitatis diuerſitas quinq; modis eſt. Sunt enim qualitates quæ
ſentiuntur. Qui ergo ægro ſanitatẽ vult reſtituere, decenter debet inueſtigare ſeptẽ res natura-
les, quæ ſunt, elemẽta, cõplexiones, humores, mẽbra, virtutes, ſpiritus, & operationes, & quæ ſe-
quuntur eas, vt ætates, colores, figuras, diſtãtia inter maſculũ & fœminã: Et res nõ naturales quæ
ſunt ſex: aer, cibus & potus, inanitio & repletio, motus & quies, ſomnus & vigilia, & accidentia
aiæ: Et res extra naturã, quæ tres ſunt: morbus, cauſa morbi, & accidentia morbũ concomitantia.

De generibus & ſpeciebus morborum. *CAP.* 3.

Morbus generaliter triplex eſt, quia corporis cõpoſitio trina eſt. Prima corporis compoſitio
eſt in mẽbris ſimplicibus, ex elemẽtis cõpoſitis, in quibus quædã morbi ſpecies generantur, quæ
duobus modis ſunt, vel ſimplices, vel compoſitæ. Simplices quidẽ ſunt calida, humida, frigida & F
ſicca. Cõpoſitæ vero ſunt, calidæ & ſiccæ, calidę & humidæ, frigidæ & humidæ, frigidę & ſiccæ.
Secunda corporis compoſitio eſt in membris quæ cõpoſita vocãtur, ex ſimplicibus cõpoſitis, in
qua fiunt morbi quatuor modis: aut ſecũdum formam membrorũ, aut ſecũdum cõpoſitionẽ, aut
ſecũdum magnitudinẽ, aut ſecũdum numerũ. Secundũ formã quinq; modis, in figura, foramine,
concauitate, lenitate, aut aſperitate. Secũdum cõpoſitionẽ dicitur cum à loco mutanſ, vel in loco
malo ponuntur. Secundũ magnitudinẽ bifariam, vel vltra modũ, vel infra. Secũdum numerum
ſimiliter, vel vltra modum, vel infra. vltra modũ naturaliter, vel extra naturam. Tertia corporis
compoſitio eſt corporis totius ex vnitate ſimplicium & cõpoſitorum membrorum facta, in qua
morbus generatur, qui ſeparatio iuncturæ vocatur. Hæc ſunt genera morborum & ſpecies.

De cauſis morborum. *CAP.* 4.

Cauſa autẽ morbi eſt generaliter ſicut genus, ſed ſpecialiter eſt triplex. Cauſa enim morbi ſim
plicis, aut calidum facit morbum, & eſt ſeptupla. i. nimius motus aiæ, corporis paſſio, calor exte-
rior, anguſtia pororũ, putredo, rerum acutarum acceptio, cibi paruitas. Aut frigidum facit mor-
bum, & eſt octo modis, tactus rerũ frigidarum, acceptio earũ, multitudo cibi & paruitas, obſtruc-
tio pororũ & largitas, nimius motus & quies. Aut facit morbũ ſiccum, & eſt quadruplex, ſiccæ G
rei obuiatio, cibi ſicci, cibi paruitas, nimius motus. Aut facit morbũ humidũ, & eſt contraria pro-
ximæ dictæ. Sed ſimplicibus morbis quos diximus cũ materia exiſtentibus, cõmiſcentur cauſæ
intraneæ, quæ ſunt, virtus mẽbri impellentis, debilitas recipientis, materię multitudo, pororũ lar
gitas, defectio nutritiuæ virtutis. Cauſa morbi cõpoſiti vel eſt ſecundũ figuram, vel foramen, vel
concauitatem, vel aſperitatem, vel lenitatẽ. Secundũ figuram, aut ppter quantitatẽ ſpermatis, vel
qualitatem, vel ppter aliquod accidẽs quod infans patitur qñ naſcitur, vel cum lac ſugit, vel pro-
pter alia. Secundũ foramen, vel propter obſtructionem, vel propter coniunctionem. Obſtructio
fit à fortitudine retentiuæ, vel defectione expulſiuæ, vel propter frigiditatem & ſiccitatem, vel li-
gaturæ ſtricturam. Secundũ concauitatem, aliquid innaſcẽs vel in mẽbro incidẽs, vt eſt chymus,
lapis, verrucæ. Largitas foraminis coniunctioni cõtraria eſt. Aſperitas de genere ſeparationis eſt
iuncturæ, cum nõ eſt à caliditate. quod poſt planius dicemus. Lenitas eſt aſperitati cõtraria. Cor-
ruptio loci fit cũ mẽbra à naturalibus ſuis locis mutanſ, vel ſeparatione, vel mollitie cõcatenatio-
nis membrorum. Magnitudinis cauſa eſt multitudo materię, vel fortitudo naturæ. Paruitas men
brorum cum contrario eſt: aut propter inciſionem. Magnitudo, in numero, aut naturalis eſt, ex
ſpermatis abundantia, aut accidentalis vt lapis in veſica. Paucitas autem eſt econtrario. Separa- H
tionis iuncturæ triplex cauſa eſt: inciſione exterius facta, vt igne vel enſe, vel interius, vt ex acu-
tis chymis: aut extenſione, vel exteriori vt cum fune, vel interiori, vt ex craſſa ventoſitate: aut de
fractura, vel exteriori, vt à lapide: vel interiori, vt ex craſſis chymis.

De accidentibus morborum. *CAP.* 5.

Accidentia ſunt tria. ſ. nocumentũ actionis, diuerſitas egredientium à corpore, diuerſitas qua-
litatum corporis ſenſibilium, quorũ duorum cauſa eſt nocumẽtum actionis. Actiones tres ſunt,
animalis, naturalis, vitalis. Nocumentũ actionis triplex eſt. Nã omnis actio tria patitur, vel enim
ex toto aufertur, vel minuiſ, vel mutatur: verbi gratia, tactus aut amputaſ, & dicitur ſtupidus: aut
minuitur, & titillatio vocatur: aut à ſua natura mutatur, & tunc corrupta vocatur. Cauſa horum
duorum eſt frigiditas tertij gradus, & iuncturæ ſeparatio. Palàm ergo eſt quòd cauſa nocumenti
actionis morbus fit. Morbus tm̃ nocet actioni ſine mediatore: ideo nocumentum actionis eſt ſi-
gnificatio morbi: Nec eſt differentia inter accidens & ſignificationem, niſi in noſtra intentione:
quia noſtra intentio eſt in nocumento actionis, & id ad quod ſequitur nocumentum, morbum
vocamus, & illum inſequentia accidentia dicimus. Morbum autẽ dicimus cauſam accidentium:
vnde morbo cognito, cum accidentia ſcire volumus, dicimus accidentia ſignificationes.

PARTICVLA

A PARTICVLA *quarta de accidentibus, & morbis oculorum, & neruorum ſuorum, & muſculorum, & pal-
pebrarum. Cuius ſunt quatuordecim capita.*

De accidentibus morborum oculorum in generali. *CAP.* 1.

SEd quia intentio huius libri eſt patefacere ſignificationes morborum oculorum, prius opor-
tet ſcire eorum accidentia: vt via, qua ad morbi notitiam veniamus, ſit nota. Accidentia ergo
oculorum ſunt triplicia: nocumenta actionis, & quæ ex illis ſequuntur: diuerſitas in oculis. ſ. ſen-
ſibilis qualitas, & diuerſitas ab eis exeuntium. Nocumentũ autẽ actionis oculorũ, eſt ſecundum
quantitatem actionis, id eſt eorũ quę ſunt actionis, vel animalis, vel naturalis. Nocumentum na-
turalium actionum, eſt quod accidit quatuor virtutibus naturalibus: animalium vero actionũ,
quod ſenſui & voluntario motui accidit. Actiones aiales tm̃ duas ſpecies ſenſus habent. Nocu-
mentũ naturalis actionis in hoc loco non oportet notari: qm̃ in hoc non differunt oculi à corpore
toto: ſequitur enim nocumenta tactus, vt ſunt mollities, titillatio, & dolor: ita oculis vt toti corpo
ri accidit. Accidentia vero viſus & voluntarij motus, quæ oculi patiuntur, hic oportet dici.

De diuiſione accidentium oculi, & declaratione membrorum diuidentium. *CAP.* 2.

Sciendum itaq; q̃ accidentia quæ oculis cõtingunt, aut in eius inſtrumento ſunt, aut in ſua vir
B tute, aut in miniſtris. Inſtrumentum viſus eſt humor cryſtallinus qui patitur, vel vnum ex octo
ſimilibus morbis, vel ex compoſitis morbis, cum à ſuo loco mouetur, vel iuncturæ ſeparationẽ.
Si mutatur à loco ſurſum vel deorſum in vtroq; oculo, vident rem duplam: ſi mutatur dextror-
ſum vel ſiniſtrorſum, non apparet res dupla. Virtus viſus à cerebro per concauum neruum de-
ſcendit: vnde eius paſſio vel de neruo, vel de cerebri fit infirmitate. Quorũ infirmitas triplex eſt,
ſimplex: quæ eſt vna de octo: vel officialis, vt apoſtema, & obſtructio, vel iunctur̃ę ſeparatio. Mi-
niſtri viſus ſunt humores, & ſpiritus, & panniculi, qui in oculis ſeptem habentur: quorum illi qui
ſunt ante cryſtallinum, ſunt foramen vueæ, id eſt pupilla, albugo oui, ſpiritus qui eſt in pupilla, &
quantitas pupillæ, quæ corona dicitur.

De accidentibus pupillæ. *CAP.* 3.

Coræ. i. pupillæ contingunt quatuor, largitas, anguſtia, mutatio de loco, & tortuoſitas. Largi-
tas vel naturalis eſt, vel accidentalis. Accidentalis eſt, vel de extenſione panniculi quo tegitur:
cuius extenſio de paſſione eſt vueę, vel de multitudine humoris albuginei. Paſſio vueæ aut ſim-
plex eſt, vt ſiccitas: aut compoſita, vt apoſtema. Anguſtia pupillæ, vel naturalis eſt, vel acciden-
talis: de mollitie, quæ mollities de nimia fit humiditate dominante, & lubricum faciente, aut de
C albuginei paruitate. Largitas pupillæ ſiue naturalis, ſiue accidentalis, ſemper eſt mala, quia ſpiri-
tum ſpargit. Sed anguſtia, ſi propter rem de qua facta eſt ſtricta, naturalis eſt, bona eſt, quia ſpiri-
tum coadunat: accidẽtalis tamen moleſta eſt, non ideo, quia anguſtia, ſed propter cauſam de qua
facta eſt ſtricta: maxime ſi fuerit propter albuginei paruitatem. Duplex enim malũ eſt: vnũ, quia
cryſtallinus eſt diſcoopertus ad lumen: aliud, quia ex paruitate albuginei deſiccatur. Mutatio pu
pillæ de loco, vel naturalis eſt, vel accidentalis. Accidentalis conſidereſ. Panniculi qui ſunt iuxta
pupillam contumeſcunt, vulnerantur, & conſolidantur. Hæc tm̃ mutatio non multum eſt mala.
Separatio iuncturæ, ſi ſit in vuea, & non ſit perforata, non multũ nocet viſui: q̃ ſi perforetur, cur-
rit humor albugineus, & vueam tunicam coniungit araneæ. Vnde quinq; accidentia generat.
Vnum, q̃ vuea cryſtallino propinquatur, nec habet vnde cooperiatur: atq; ſpiritus viſibilis de ce-
rebro procedens, non coadunatur in pupilla, ſed egreditur ab ea, & diſpergitur.

De accidentibus albuginei humoris. *CAP.* 4.

Albugineus humor in quantitate & qualitate patitur: In quãtitate, ſi augmentatur, vnde viſus
obſcuretur, vel minuatur: vnde nequit cryſtallinum cooperire, in qualitate, liquore & colore: li-
quore ſi parum craſſus fuerit, longinqua videre nõ ſinit, & propinqua bene diſcernit. Si ſit craſ-
D ſiſſimus omnino, viſum occupat, & amputat, et cataracta dicitur: quę vel in parte vna, vel in mul
tis locis diſpertita eſt, in vuea, vel in pupillę medio, vel circa eam. Si ſit in medio, oĩa perforata vi-
dẽtur infirmo. Partẽ enim quã videre nequit, putat concauã eſſe. Si circa pupillam, multa in vna
hora vuea non permittit videre, propter paruitatẽ pineæ viſus. Si craſſitudo diſpertita ſit, & par-
ticulariter ſit diuiſa, quę videt putat eſſe quaſi ſtricta: vnde patiens cernit quaſi muſcas & ſimilia,
quod pueri & febricitantes plurimum patiuntur. Color ſi mutetur, omnia coloris iſtius eſſe pu
tantur: vtpote ſi fuerit plumbeus, omnia fumoſa apparebunt & tenebroſa: ſic & ſi fuerit alterius
coloris, idem ipſe color in viſis omnibus apparebit: eis tamen ad cataractam prę parati ſunt oculi,
de quorum ſtomacho fumus ad caput aſcendit, & patientibus fluit de naribus rheuma.

De accidentibus viſibilis ſpiritus. *CAP.* 5.

Spiritus viſibilis in qualitate & quantitate patitur: In qualitate, vtpote ſi fuerit ſubtilis, vnde
bene diſcernit, ac res optime comprehendit: vel craſſus, vnde ad remota loca penetrat: & longin-
qua videt, vel paucus, ad remota ſe elongare non valens, ſed ſolum propinqua cernens.

De accidentibus corneæ. *CAP.* 6.

Panniculus cornea, quo pupilla tegitur: ſi quo modo patiatur, viſui nocet: cuius nocumẽtum
propter ſe, vel propter aliud fit. Propter ſe, tria morborũ genera patitur: videlicet ſimplicẽ, com-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

positionem,& separationem iuncturæ: Simplex,vt humiditas,& siccitas: humiditas visui nocet propter quantitatem: vt si fuerit multa, omnia sicut fumus & nebula appparebunt: vel propter qualitatem:vtpote si rubea fuerit,omnia videri rubea facit,veluti qui patiuntur sebel contingit: si autem citrina fuerit,citrina apparebūt omnia,sicut hictericis fit.Siccitas spasmum generat,vnde visui nocet:si multa,multum: visus ergo quandoq; ex toto amputatur. Separatio iuncturæ,si fuerit perforata cornea,duobus modis visui nocet:vno modo propter putredinem in illo vulnere congregatam: secundo,quia crystallinus secundo lumini fit vicinus. Passio corneæ, quæ propter aliud fit,vel propter coniunctiuam,vel propter palpebram est.Propter coniunctiuam, si vngula nascatur in ea,vel fiat apostema corneã operiens: Sed passio corneæ & coniunctiuæ & aliarum partium oculorum non nocet visui,nisi accidentaliter.

De accidentibus motus voluntarij oculorum. CAP. 7.

Passio vero motus volũtarij oculorum est triplex. Vel enim amputatur, & mollities vocatur: vel minuitur,& tremor & titillatio dicitur:vel propter lacertos,cum non vt oportet, mouentur, & spasmus nuncupatur. Quorũ trium vnumquodq; fit.aut propter cerebrum,aut ꝓpter neruos, aut propter lacertos,Sed diuersitas mollitiei ac spasmi lacertorũ oculos mouentium est secũdum diuersitatẽ motionis eorũ.Quod qũo videat,vel vnde procedat,in fine sexti cap.planius dicitur.

De diuisione morborum oculorum in apparentes & occultos,Et primo de apparentibus. CAP. 8.

Morbi oculorum vel sensui apparent, & facillime cognoscuntur: vel latent,& eorum notitia est obscura,quorum significationes intellectuali inuestigatione comprehẽduntur. Incipiendum igitur à morbis sensui apparentibus, & ostendendum in quo loco oculorũ appareant, & nascantur. Morbi ergo qui sensui apparent, vel sunt in coniunctiua, vel palpebra, vel in angulo oculorum,vel in cornea,vel in vuea,vel inter vueam & crystallinum. In cõiunctiua septem sunt,videlicet petia,vngula,ophthalmia,tumor,durities,& cætera. Petia est sanguis fluens de aliqua arteria,vel vena incisa,quam patitur ex ictu. Vngula est superfluitas neruosa aut carnosa,extẽdens se ab angulo ad pupillam, & prohibens visum. Ophthalmia triplex est, quæ visum turbat. cuius causa vel exterior est,sicut fumus,sol, puluis,& similia: vel interior, sicut humores ad coniunctiuam fluentes.Sed prima ophthalmia mala non est. causa enim q̃ primũ ablata,morbus amputatẽ. Secunda vero,postq̃ causa amputatur,habet & signa quę habent cætera membra,cum patiuntur apostema:quæ sunt,tumor,inflãmatio,durities,lachrymæ,rubor,plenitudo venarũ oculi. Tertia cæteris est fortior,quia & alias habet significationes. Acumẽ enim palpebrę inuersatur extrinsecus:eiusq; motio vix fit,& albugineus ascendit sup nigredinem. Tumor est quadruplex: Vnus fit ex crassa ventositate: Secundus, ex phlegmatico humore non crasso: Tertius,ex phlegmate crasso.Quartus,ex melãcholia,qui dicitur scliros. Qui omnes sic adinuicem discernunt. Primus euenit subito, sicut videmus seniores in æstate pati propter muscarum morsus. Secundus & tertius paulatim fiunt,sine magno dolore & mollitie,minori in secundo q̃ in tertio: quorũ color est sicut color totius corporis.Quartus vtplurimum fit in angulis oculorũ,& aliqñ dilatatur & ascẽdit ad supercilia durus,multum habens dolorẽ.Eius color plũbeus est, qui multoties sequitur varias & diurnas ophthalmias,& maxime quæ mulieribus contingunt. Duritia nascitur in oculo toto,nascitur & in palpebris,quæ motũ grauem facit cũ dolore & rubore: nec patiens valet oculos aperire cum à somno surrexerit,attamen sunt lachrymę salsæ & nitrosæ. Dolor & rubor in toto corpore palpebris fiunt ex humiditatibus salsis aut acutis:si coniunctiua est plena crassi sanguinis,quæ cum inflatur,rubei fit coloris.est & profluа,quæ dolorem & tumorem facit.

De passionibus palpebrarum & angulorum suorum. CAP. 9.

Passiones palpebræ quædam sunt communes morbis totius corporis, sicut verrucæ,scrofulæ, & similia. Nascunturq; vel extrinsecus vel intrinsecus. Extrinsecus, sicut est crassities, quæ est quasi pinguedo viscosa relata neruis & panniculis. Nascituրq; in palpebra superiori intrinsecus, scabies,grando,petrõsitas,& viscositas. Scabies quatuor modis est, vna dicitur psorophthalmia, alia trachoma,tertia sycosis,quarta telosis:prima,secunda leuior est: quæ magis aspera, dolorẽ & grauitatem facit:vtraq; tamen in oculis humiditatẽ generat:tertia dura est & asperior,quia palpebræ interioris quasi scissura est: quarta cæteris deterior est & durior ad sanandum. Grando est tumor crassus in interioribus coagulatus,vt quasi grando videatur.Inuiscatio est quædam viscositas palpebram cum pupilla iungens siue in eius albedine,siue in eius nigredine: vel vtraſq; palpebras simul iungens, qualis fit propter vulnera in oculis. Item nocumentum palpebræ triplex est: Vnum, erectio palpebræ superioris, ne oculi albedo possit cooperiri: quod aut est naturaliter, aut cum palpebræ tortura mala fit: Aliud est,palpebræ breuitas: Tertium est,palpebræ inuersio ad partem inferiorem,quando nascitur, aut propter aliquod vulnus, vel propter carnem superfluam in carnibus natam. Rasura & vulnus nascuntur in eis sicut & in corpore toto in extremitate palpebræ. Pili superflui ad interiora conuersi nocent: Et pili aliquando à palpebris cadunt: Nascuntur ibi pediculi & hordeoli. Pili superflui in interioribus palpebræ nascuntur,qui pungunt & ad oculos humorem adducunt: Pili cadunt aut propter humorem ad eos fluentem, aut propter alopeciam: & aliquando cum duritia, crasitie palpebræ, & rubore.Hordeolus est

apostema

A apostema nascens in extremitate palpebræ.Aegilops est vlcus inter oculos & nares: quod si fuerit neglectum,fiet ex eo fistula putrefaciens os,& quandoq; putredo fluit per foramen ad nares: aliquãdo ad palpebram,eiusq; chartilaginem putrefacit: & si palpebra digito tacta fuerit, putredo ab ea effluit.Grando & lachrymæ noxiæ sunt oculis. Lachrymæ fiunt vel apostemate in foramine inter oculos & nares existẽte: qui hoc habẽt,semper lachrymas patiuntur: vel fiunt lachrymæ ex conamine medicorum acutas medicinas in scabie ponentium.

De passionibus corneæ. CAP. 10.

Passio in cornea nascens,vel propter oculos,vel propter totum corpus causatur: in qua tamen infirmus magnum dolorẽ sentit in neruo, & patiẽ extensionem in panniculis oculorũ, qui pãniculi ruborem & extensionem sentiunt ascẽdere:& maxime,si ambulat,aut mouet,capitis dolorẽ patitur,& ab oculis subtiles & acuti humores fluunt:neq; potest acuta collyria sustinere,neq; valẽt oculis imposita.Passio corneæ ꝓpria est vulnus, macula,obscuritas,sanies, & talia multa,septẽ nominibus dicta:quarũ quatuor intrinsecus,tres vero sunt superficiẽtenus.Intrinsecus hęc sunt: Prima est vulnus,cuius color est quasi fumus,quandã partẽ nigredinis operiẽs: Secunda,vulnus plus primo concauũ,sed tamen albidius: Tertia,vulnus partẽ albedinis & nigredinis operiens:
B pars tñ qua tegitur albedo,rubei coloris est:quæ vero super nigredinem stat, alba est: Quarta est vulnus quoddam in modum faculæ putrefactum. Passiones vero exteriores hæ sunt: Prima, est quoddam vulnus concauum & angustũ:Secũda,est vulnus concauũ,sed largius: Tertia,vulnus plus cæteris putrefactum:hoc obliuioni tradito,oculorum panniculi putrefient. Quare autem oẽs corneæ passiones aliqñ curabiles,aliquando incurabiles sint,causa duplex est:aut propter diuersitatem vulnerum,aut propter diuersitatem materierum in vulnere existẽtium, & cornea de multis corticibus composita est,vno super alium locato.Aliquando vulnus in primo,aliqñ in secundo,nõnunquam in tertio cortice nascitur, propter materiam quæ in quantitate multa est,aut pauca:aliqñ alba,aliquãdo nigra,modo subtilis,modo crassa, calida solã,vel acuta,vel nitrosa,vel dulcis.Quod post tertium corticẽ est,molestius est,q̃ quod post secundũ: & post secũdum,q̃ post primũ,salubrius quod fit in superficie: deterius quod est post oẽs cortices. Materia si fuerit multa calida,patiens magnum in oculo sentit dolorem: Multitudo enim materiei facit extensionem & calidũ dolorem.Item salubrius est quod non est in loco pupillę, deterius quod in loco pupillę: quia si scindatur vulnus,non sumus securi, quin per vueam pupilla egrediatur, & fluat humiditas oculorum.Quòd si vulnus super pupillam sit,vulnere sanato visus offenditur.

C *De egressione vueæ,& passionibus eius.* CAP. 11.

Egressio vueæ quatuor modis fit. Aliquando enim egreditur parum, vt videntes pustulam esse putẽt.sed si discrete inspiciatur vuea sani oculi,& vuea infirmi oculi: & si earum colores sint dissimiles,scias pupillam egredi:si vero similes,apostema ibi ortum esse. Aliquando plus exit: & tunc satis apparet eam esse egressam. Tertius modus est,cum tantum egreditur vt palpebræ mínus præualeant,& pili palpebram pungentes iungendo dolorem inferant: & hunc modũ melon dicunt. Quartus modus, gomphos græce,latine dicitur clauus: quia egrediens pelliculas vueæ superficiẽtenus operit:vnde eius forma fit quasi clauus.Passiones vueæ sunt,dilatatio, aut cõstrictio.Dilatatio autem fit quatuor modis,aut ex nulla causa patenti,vel propter percussionem, vel propter apostema,vel propter aliam passionem.

De suffusione,seu cataracta. CAP. 12.

Inter vueam & crystallinum humorem aqua nascitur coagulata, prohibẽs spiritum visibilem à pupilla exire:quæ passio si est incipiens, obscura est: perfecta vero, facillime cognoscitur. Sed qui ad hanc venturi sunt passionem, eis ante oculos cimices volant: quibusdam autem quasi flãmæ apparent:incidentibus autem visus amputatur,& color pupillæ amputatur. Huius aquæ co-
D lor est diuersus: quædam enim aeri,quædam vitro assimilatur, alia est quasi album habens colorem,alia quasi cœli colorem,alia quasi viridem,alia quasi venetum. vnde antiqui cataractas, venetícos oculos appellauerunt:sed differentia est,quia venetici oculi duobus modis fiunt, vel propter aquam,si nimium fuerit coagulata: vel propter siccitatem, quam patitur crystallinus. Species aquæ,quæ aeri assimilatur,facile potest curari: licet eius accidentia sint, quæ supra diximus. Secunda vero species quandoq; curabilis est, quandoq; non: quod sic dignoscitur: Si vno oculo clauso pupilla alterius dilatatur,possibile est sanari: sin autem,minime.causa,quia neruus concauus quo visibilis spiritus ad pupillam ducitur, oppilatus est. Hæc cataracta ex passione stomachi procedit,vel cerebri: sed sic discernitur: Si apparitio in vno oculo fuerit,vel in vtroq;, sed diuerse,cataracta ex cerebro esse intelligitur: si in vtroq; equaliter,stomachi esse cognoscitur. Item si modo plus,modo minus apparuerint,ita quòd stomacho minus digerente maior fit.Item si patiens,de stomachi ardura,vel ardore murmurauerit. Item si ex picra exhibita, ista imaginatio decreuit: cum enim non fuerit huius mali cataracta, picra videtur nihil esse proficua.Si fuerit propter cerebrum,plurima ex phrenetica nascitur passione:quia phrenesis est apostema calidum nascens in cerebri prora:fitq; quasi fuligo, calore secundum humorem de quo nascitur, desiccante. & per venas circa cerebrum & oculos ad oculorum substantiam penetrante: talia enim appa-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

rere facit. Sufficit de passionibus oculorum visui apparentibus. Oportet de his dicere quæ difficile intelliguntur, quia intrinsecus nascuntur. E

De passionibus oculi natis intus, & occultis. CAP. 13.

Passiones intrinsecus nascẽtes, sunt mollities quæ dicitur paralysis: & desiccatio, quæ spasmus vocatur. Paralysis autem triplex est: vel enim motum amputat, vel visum, vel vtrunq;. Sed visu amputato absq; causa manifesta, vel etiam minorato notabiliter: propter nerui concaui passionem, vel propter visibilis spiritus paruitatem fit. Neruus patitur constrictionem, vel iuncturæ separationem, & tunc necessario visus corrumpitur: nec enim manifestatur, nisi rationabili inuestigatione comprehendatur. Verbi gratia, si visus absq; manifesta causa, vel minuitur, vel auferetur: interrogetur patiens an grauitatem sentiat in prora capitis, aut circa frontem: quo id patiente, scias humores humidissimos ad concauum neruum fluxisse, eumq; obstruxisse, vel apostema ibi generasse. Potest etiam aliter inuestigari, si vno oculo clauso pupilla alterius nõ dilatatur, neruum obstructũ esse non dubitatur. Item patiens interrogetur si in capite fuerit percussus, vel propter casum aliquem vulneratus: q; si fuerit, nec pupilla exierit post, nec magis subito virtus cõuersa fuerit: scias neruum esse constrictum. Si autem propinqua videat, & non longinqua, & nõ parua: scias spiritum visibilem esse defectum. Quòd si longinqua & minime propinqua viderit: & F si meridie, vespere vero non, sicut accidit senibus: scias causam esse crassitiem spiritus, vel suam commistionem cum turbidis humoribus. Hæc sunt accidentia in substantia oculorum latentia. Sed passiones oculorum in mobilibus locis nascentes, aut sunt propter cerebrũ, aut propter neruos, aut propter lacertos. Si propter cerebrum, necessario in vtroq; oculo corrumpitur motus: si propter neruum, illa pars oculorum offenditur, quæ ab illo neruo regitur: q; si neruus non in toto patitur, sed in parte, motus lacerti, qui neruo illi pertinet, corrumpitur, nonnunquã passio non in neruo, sed in essentia lacerti nascitur.

De musculis qui mouent oculos & palpebras, & de vijs per quas fluunt humores ad oculos. CAP. 14.

Lacerti autem oculorum sunt, vt diximus, duodecim: quorum quinq; oculi ipsi mouentur: tribus vtriusq; nerui fundamentum corroboratur, & per eos oculi seorsum mouentur: reliqui quatuor palpebras mouent. Passio vero lacertorum est duplex, mollities & spasmus. Quòd si lacerti motus oculorum, molles fiant: oculi suę grauitatis causa descendunt inferius, & cum palpebris se infigunt. Si autem spasmantur, versos oculos torquent: & sic cum nerui spasmãtur, in eadẽ parte qua ipsi patiuntur, oculi torquentur. Tres vero lacerti vtriusq; nerui fundamentum corroborantes, oculos superius eleuantes, si spasmantur, oculi non patiuntur, immo inde cõfortantur. si autẽ G mollificantur, oculis nocent, quia extra egrediuntur. Oculis ergo absq; vlla percussione existentibus, visuq; permanente, scias neruos esse mollificatos: q; si fuerit ex percussione neruorum, fracturam esse cognoscas: si neruus qui palpebras sursum mouet, mollificetur, palpebra deorsum cadet: si spasmatur, non valet oculum claudere. lacertis quibus interius mouentur palpebræ mollificatis, oculi non clauduntur: si spasmãtur, palpebræ superius non eleuantur. Quòd si lacerti in parte patiente non patiuntur, nec palpebræ in loco eius attinente patiuntur. Humores autem ad oculos fluunt, vel per venas supra craneum existentes, vel per venas sub craneo existẽtes. Si per venam supra craneum manauerint, frontis & temporum venæ crassæ sunt & extensæ: vnde valet si incidantur, vel desiccatiua emplastra vel cataplasmata apponantur. Si autem hæc non apparuerint: scias humores per venas, quæ sub craneo sunt, manare.

PARTICVLA quinta est de virtutibus medicinarum sanantium morbos oculorum. Cuius sunt capita sex.

De distinctione medicinarum oculorum penes sapores. CAP. 1.

QVi oculorum passionem volunt curare, eorum medicinas, & virtutes earum oportet cognoscere, quæ maxime saporibus ostenduntur. Sapor enim virtutes innuit. Vnde sciendum q; quæ ad linguam veniunt, & nihil in eam faciunt, insipida vocantur. Insipida autem vel sunt simplicia, sicut aqua, vel composita: nulla tamen qualitate prævalente. Quòd si H aliqua prævaluerit, erit aliquantulum frigiditati attinens, sicut medicina quæ dicitur obstruens, quæ duobus modis est: aut terrestris & sicca, sicut hæmatites, & tutia, & cadmia, & his similia: vel viscosa, vt oui albugo, oleum omphacinum. Quibus aer dominatur, linguam pati faciunt, vel cum delectatione, vel cum nocumento. Quæ delectationem inferunt, necessario patet q; quibus ea faciunt, eis similia sunt. Linguam ergo delectantia, humanæ cõplexioni sunt similia. Humana autẽ cõplexio, temperate calida est & humida: Hinc ergo & omnia linguam delectãtia, & humana corpora, sicut aqua tepida, delectant. Delectationem ergo facientibus si aqua dominetur, dulcia sunt: si aer, vnctuosa erunt. Ideoq; omne nutrimẽtum vel dulce, vel vnctuosum, vel compositum ex vtroq;. Quibus vero præter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt propter medicinam. Quæ vero nocent, faciunt linguæ punctionem: quæ punctio species est separationis iuncturæ. Separatio enim iuncturæ aut nimia constrictione fit, aut incisione. Quæ incisionem faciunt, calida sunt: quę nimiam constrictionem, frigida sunt. Item linguam separantia, aut multum, aut parum separant. Multum separantia, crassa sunt, terrestria, dura, & amara. Quæ non multum separant, salsa vocantur. Quæ vero subtilia & ignea, dicũtur acuta. Quæ autem cõstringunt,

A stringunt, vel sunt crassa, terrestria, vel subtiliatiua, & aquosa. Terrestria, & crassa, multum cõstrictiua & pontica sunt. Quæ vero minus constrictiua sunt, & styptica, subtilia dicuntur acetosa.

De speciebus saporum, & impressionibus quas in lingua faciunt. CAP. 2.

Sapores autem sunt isti, dulcis, vnctuosus, amarus, salsus, acutus, ponticus, styptícus, acetosus. Ponticus coadunat linguam & premit, non solum superficiẽtenus: verum etiam intrinsecus, vnde obstruit & asperat: Stypticus similiter: Sed salsus lauat & mundificat. Amarus magis salso mundificat, exasperat, & excoriat. Acutus vero mordet, pungit, & calefacit. Acetosus vero sine calefactione. Dulcis humectat & lenit asperitatem linguæ, & delectationem tribuit: Vnctuosus similiter, sed debilius. Sapidus de genere dulcedinis aquositatem non habet sibi dominantem. ẽt in sapido dulcedo tantilla sentitur: Vnde fructus à terra sublimes sunt dulces, & propinqui sapido, quia humiditas eorũ vicina est humiditati sapidi. Ponticus ergo terrestris est & frigidus: Acetosus, aquosus: Amarus, terrestris, calidus, & igneus: Dulcis, calidus & terrestris: Vnctuosus, aereus. Ponticum quoq; pororum scimus coadunatiuum, constrictiuum, incrassatiuum, refrigeratiuum, & desiccatiuũ. Acetosus incidit, subtiliat, aperit, mũdificat, repercutit, dissoluit, refrigerat. Amarus mundificat, lauat, attenuat, & calefacit. Salsus coadunat, obstruit, desiccat, non multũ ca- B lefacit. Dulcis mollificat, maturat, & moderate calefacit. Vnctuosus humectat, & mollit sine manifesta delectatione. Et sciendum q; ponticus & acetosus sunt in infrigidatione æquales: sed ponticus, terrestris: acetosus, aquosus est: quod & sensu patet & intellectu. Videmus enim in initio fructus ponticos esse suæ arbori similes, sicut oliuam, vuam, coctana, granata, & similia: quorum quidem quanto sunt pluris temporis, humefiunt: & cum sua humiditate & pontícitate acetositatem recipiunt: deinde sapor paulatim mutatur, quousq; dulcis fiat. Sed nonnulli ad dulcedinem veniunt, nulla mediante acetositate. Sed maturatio fructuum fit calore, quæ duobus est modis: Vna naturaliter fit in fructuum essentia ex proprio ipsorum calore: alia ex calore solis. Item sensui patet, q; videmus ponticum linguam constringere & desiccare, quod est eminentis frigiditatis actio. Palàm igitur est ponticum frigidæ complexionis esse. Item acetosum subtile est, etiam penetrabile: cuius causa est calor in eo ebulliens. Vnde patet ponticum crassum esse & terrestre: acetosum vero, subtile, & aquosum: quod sic certificat. Inuenimus fructus in initio ponticos esse & frigidos, quorum pontícitatis minoratio, aut est propter solis calorem, aut propter humiditatem, aut propter vtrunq;. Si propter solis calorem, maturati dulcorantur, sicut castaneæ: Si autem propter humiditatem crassam, fiunt fructus pontici. Si autem propter humiditatem aquosam & C quasi aeream mutant, fiunt acetosi. Si causa caloris & aquosæ humiditatis mutantur, dulces fiunt. Si vero humiditas aerea fuerit, fiunt vnctuosi. Item dulcia & amara sunt calida: sed dulcia sunt in caliditate & humiditate temperata: sic vnctuosa: vnde vtraq; naturæ humanæ conueniunt, quæ in humiditate & calore temperata sunt. Amara vero sunt calidiora dulcibus, & sicciora: quod arbitratione probatur. Omnis liquor, si naturali vel extraneo calore coquatur, in primis dulcorat: sed augmentato calore fit amari saporis: sicut mel cum inueteratur, & etiam super prunas excoquitur. Idcirco dulcia & amara mundificant & lauant: Sed dulcia, cum moderamine & delectione: Amara vero, non moderate, quia & iuncturam separant: Acuta, & salsa, calida & sicca sunt: Acuta tamen calidiora & sicciora quasi ignea: vnde incendunt & elidunt: ideoq; exterius posita mundificant, & superfluam carnem in vulneribus natam corrodunt. Salsa vero potui data crassos humores de pectore & capite educunt, epilepsię repugnant: neq; enim velociter vt acuta penetrant, neq; in eis est tanta crassitudo, vt diu morentur ingredi, sicut pontica. Salsa vero terrestria & calida sunt, sed minus, quàm amara. Et hac ratione sapores inuestigantur.

De virtutibus medicinarum primis, secundis, & tertijs, & suis effectibus. CAP. 3.

Virtus autem medicinæ diuersa intelligitur. Est enim prima, secunda, tertia. Prima quidem D quadruplex est, calida, frigida, humida, & sicca: quarum vnaquæque quatuor gradus habet, & vnicuiq; graduum est initium, medium, atq; finis. Quæ igitur primo gradu est, corpus immutat à suo temperamento, sed hæc mutatio sensu non apparet. Quæ autem in secundo, corpus à tẽperamento mutat, sed non multum apparet. In tertio gradu consistens, manifeste mutat, sed non corrumpit. Quę vero in quarto gradu est, mutat & corrumpit: sed calida cum intentione destruit, frigida cũ dormitatione. quæ vero in quarto gradu sicca sunt, necessario separant iuncturas. Hæc primam habent virtutem. Secundã virtutem habentia, vocantur, maturatiua, mollitiua, obstruentia, aperitiua, mundificatiua, incrassatiua, incisiua, incensiua, putrefactiua, carnis depascitiua, carnis generatiua, solidatiua, doloris mitigatiua. Maturatiua & mollitiua calida sunt. Maturatiua ẽt necesse est vt tantum habeant calorem, quantum membro curando necessarium sit, ne minuant vel augmentent suam naturalem humiditatem. Mollitiua calidiora & humidiora esse oportet: ga membra mollitiuis egentia duritiem habent, cuius causa est humor crassus frigidus & viscosus: vnde calida necessaria sunt, quæ crassitiem & coagulationem illius chymi dissoluant. Oportet ergo ne ille calor sit nimius, ne illius chymi subtilitate resoluta, quod crassum est, indurescat, atq; putrescat. Item necesse est vt calor eius sit in fine primi gradus, sicut bdellium, sigia, ideſt styrax liquidus, galbanum, ammoniacum: tum cũm medulla vitulina, caprina, bouina, et similia. Maturatiua, si sint

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

si sint calida & humida, obstructionem tamen quandam oportet ea habere, qua pori claudantur: E
qa illis obseratis calor interius adunatur & corroboratur: vnde & digestiua & cæterę actiones naturales vigent, sicut facit oleum cum aqua calida, farina frumenti cum aqua, mica panis, seuũ porcinum, vel camelinum, pix, resina, gummi cypressi, cera cum oleo, thus, & similia. Hæc ergo obstructionem faciunt, sed non tantam, vt dissolutioni repugnet. Si igitur mollitiua huiusmodi esse oportet, induratiua necessario erunt frigida, sicut portulaca, psylium, lens, aqua, solanum, & similia. Obstruentia adeo poros oblimant, vt facile aperiri non possint: vnde necesse est ea esse terrestria, viscosa, nullam punctionem facientia: quæ si pungunt, membra ferre non possunt, & attenuant, poriq; aperiuntur: & sic oportet ea esse absq; calore nimio & frigore. Aperitiua dicuntur esse contraria, vt crassam materiam attenuẽt: quæ virtus in amaris & nitrosis inuenitur, sicut sunt iris, amygdala amara, nitrum, orobus, lupinus, dictamus. Sed aperitiua, quæ stypticitatem & ponticitatem habent, extra posita non aperiunt: sed potata viscerum aperiunt obstructionem. Mundificatiua sunt necessario quasi aperitiua, tamen debiliora, vt lauent & mundificent, vt violæ, fabæ, dulces amygdalæ, & similia. Medicina corpus mundificans temperate calefacit, nec desiccat, nec crassitiem habet, sicut chamæmelum, malua, sambucelæon, radix elenij, & similia. Incrassatiua est quasi obstruens, constrictiua oris venarum crassa est & frigida, stiptica, omni carens resolutione. Incensiua multum calida est, sicut allium, cepa, fel tauri, & similia. Putrefactiua subtilissima est, vastans primo superficiem. Carnis minutiua, est quasi putrefactiua, debilior tamen. Cicatrizatiua est sicca & stiptica, sed incisiua, aliquando carnem generat, si modice vulneribus apponitur. Attractiua dicitur naturaliter & accidentaliter: naturaliter, cuius attractio est cum calore, & subtilitate, sicut sagapenum: accidentaliter, cui propter putredinem virtus innascitur, sicut fermento. Doloris mitigatiua debet habere calorem similem calori corporis. Huiusmodi secundam habent virtutem. Tertiam habent virtutem, quæ lapidem frangunt, pectus & pulmonem ad screandum iuuant, lac & sperma generant, vrinã & menstrua prouocant. Medicina attenuans & incidens nimietate caloris lapidem frangit, vt radix capparis, radix calamenthi, vterq; elleborus, acetum scillíticum. Si enim multum habent calorem, lapidem frangere videntur: Si nimium calorem non habuerint, & cum aliquo humido accipiuntur, ad screandũ vtiliora fiunt: Sed si aliquantulum sint calidiora, & tamen in statu temperamenti permaneant, siccitatemq; non habeãt, lac & sperma generant: Si autem multo plus calidiora fiant, sed non sicciora in vltimitate, mẽstrua prouocant, vt acorus, petroselinum, seseli, & similia, quæ sunt calida, nec nimis sicca.

De diuisione medicinarum sumptarum à plantis, & metallis, & animalibus, G
exemplisq; earum. CAP. 4.

Medicinam oculorum scire volentem, virtutes medicinarum suarum oportet prius cognoscere. Sciendum itaq;, ꝙ oculorum medicatiua quædam de nascentibus terræ, quædam de metallis, quædam de animalibus sunt. De nascentibus est, vt gummi, assa, sagapenum, euphorbium, myrrha, opium, thus, tragacanthum, galbanum, sarcocolla, oculi lyciorum, ammoniacum, aut hypocysthis, acacia, marathrum, fœnugræcum, rosæ, glaucium, aloes, amygdalæ, vel sicut galla, aut flos rosæ & frondes, aut folium, aut lignum, vt calia, & cinnamomum: vel vt cortex thuris, vel mandragoræ, vel spicæ nardi. De metallis sicut hæmatites, sal ammoniacum, flos æris, ærugo, arsenicum, cadmia, nitrum, chalcanthum, plumbum, antimonium, ferrum, ferrugo. De animalibus aliquando sunt humores, sicut fel, lac, albumen oui, & vrina: aliquando membra eorũ, vt cornua, castoreum: quarum omnium virtutes singulariter ostendam.

De prædictis medicinis & earum effectibus specialiter. CAP. 5.

Assa cæteris gummis calidior est, incendit & dissoluit. Sagapenum calidum est & subtile: mundificat & attenuat maculas oculorum: valet quoq; suffusioni & oscuritati, quæ fit ex turbiditate. Euphorbium subtile incensiuum est. Myrrha calida & sicca: pustulas oculorum absq; dolore mũ- H
dificat. Thus calidum in secundo gradu, siccum in primo. Gummi arabicum frigidum est & siccum: obstruit: Tragacanthum similiter. Sarcocolla desiccat & consolidat sine nocumento oculi. Lycium temperatum est in calore, vnde mundificat & attenuat crassitudinem super pupillam nascentem. Ammoniacum apostemata oculorum mundificat & dissoluit. Rosa refrigerat: Glauciũ similiter. Succus hypocysthidis confortat & refrigerat: Acacia similiter. Mandragora refrigerat, dolorem placat, quia dormitionem prouocat. Marathrum valet cataractæ, maculas mundificat. Malum coctanum oppilat & refrigerat. Galla repugnat humoribus ad oculos flueatibus, & mẽbra confortat. Crocus maturat. Balaustia refrigerat, repugnat, desiccat, & confortat. Spica dissoluit & attenuat. Cinnamomum calefacit, maturat, atq; deliccat, & confortat. Hæmatites desiccat, & valet asperitati palpebrarum, carnem superfluam manducat. Sal mundificat, & desiccat: Similiter sal ammoniacum. Arsenicum rodit & incendit, carnem dissoluit & minuit. Cadmia desiccat atq; constringit & mundificat: quæ incensa & lota, superiora agit sine punctione: adiuuat ẽt oculorum vulnera, maxime si humida, quia desiccat ea. Plumbum desiccat. Antimonium desiccat, & constringit, & calefacit. Æs vstum vulnera consolidat. Ceruſa desiccat & infrigidat. Flos æris desiccat, constringit, & calefacit. Tutia desiccat & infrigidat sine dolore, maxime si lota est: valet ẽt

vulneribus,

A vulneribus, pustulis, & lachrymis oculorum. Ferrugo desiccat & constringit: valet quoq; contra pustulas spinosas. Ærugo carnem minuit & attenuat. Sciendum est, quòd omne fel est siccum & attenuatiuum, quod mistum oculi medicinis visum acuit. Albumen oui confortat & oppilat. Lac lauat & mundificat. Castoreum scindit atq; maturat.

De nouem potentijs medicinarum oculorum, & suis effectibus. CAP. 6.

Hæc est diuersitas specierum medicinæ oculis pertinentium. Oppilatiua, Colatiua, Mundificatiua, Aperitiua, Putrefactiua, Constrictiua, Contractiua, Maturatiua, Dormitiua. Oppilatiua duobus modis est, terrestris & sicca, vel humida & viscosa: Terrestris desiccat humores calidos & subtiles ad oculos fluentes, maxime si ibi sint vulnera, quibus oportet adhiberi mundato capite, prout necesse est, & toto corpore fluxuq; humorum cessante. hæc ènim medicina leuiter & subtiliter mediocriter desiccat humores, qui in oculorum venis latitant, & ad oculorum panniculos prohibet penetrare: transactoq; humorum cursu, causaq; fluxionis eorum præterita, hæc medicina non amplius debet dari, quàm ne dolor oculorum augmentetur, quia panniculi oculorum nimia humorum multitudine extenduntur, vnde & quandoq; finduntur. huius tamen medicinæ posteritas non in pauco declaratur tempore, quoniam aliquando operatur, & si ratio non
B expostulat, scilicet vulneribus in oculis apparentibus, vel corrosione in cornea existẽte, vel vuea egrediente: acutis tamen humoribus ad eos fluentibus, non audemus desiccatiua ponere. stypticis enim illic positis humores fluere prohibentur, vnde dolor augmentatur. ꝙ si medicina apponatur, materiæ ad oculos fluentis acumen augmentatur. Mollitiua vero seu dissolutiua seu maturatiua, si dentur, humores quidem maturantur: sed tamen in vulneribus caro non generatur, neq; vulnus sanatur. Acetosis frigidis applicatis, punctura, & morsura, & tumor in oculis generantur. Nulla igitur medicina conuenit huic passioni, nisi quæ inter calidum & frigidum temperata est, vel temperamento vicina, quod facit tutia lota, cadmia vsta & lota, similiter ceruſa lota. Alia autem medicina oppilatiua, scilicet humida, viscosa, quam diximus, valet in hoc loco modis duobus: vno, quia non pungit, sed dolorem mitigat: alio, quia lædit asperitatem ex humorũ fluxu factam: vulnera enim lauat, vnde dolor mitigatur, quia crassi humores acuti mundificantur. Sed oculorum medicina sæpissime metallina est: quia vero oculi sensum habent acutum, cum metallina, viscosa & humida misceantur, ne asperitatem faciant, sicut albumen oui, fœnugræcum, lac, gummi arabicum, tragacanthum, & similia. Medicina aperitiua dissolutiua, necesse est, vt sit acuta, quam non expedit ponere in pustulis cornææ, nisi res maturatiua propter sui duritiem non
C valeat. Similiter cum apostema tunicarum panniculorum & pellicularum, maturatiuis non curatur, acuta imponatur: quibus tamen maturatiua misceantur, sicut assa, sagapenum, euphorbiũ, cinnamomũ, amomũ, calia, assarum, achorus, foliũ, spica. Mũdificatiuarum & Colatiuarum quædam mundificant, & colant modicum: & valent contra paruas pustulas & vulnera: sicut cadmia, thus, cornu ceruinum, & caprinum, & vt dicit Galenus, antimonium. Quædam vero nimiũ mũdificant, quæ valent ad vngulas, scabies palpebrarum, prurítus, & crassas pustulas: vt ærugo, tragacanthum, sal ammoniacum: quæ omnia pungunt: sed cum lauantur, eorum punctio minoratur. Putrefactiua valent vetustæ scabiei & asperitati: vngulam vetustam purgant: & pruríginem, si longi temporis est, curant: vt arsenicum, flos æris, & similia. Constrictiua medicina etiã temperatæ actionis est, & optime prohibet humorem fluentem, pustulas & vulnera, vt rosa, folium, crocus, glaucium, thus fortiter stringit & fluxum humorum amputat. Contractiua magnum generat dolorem, quæ etiam valet commista cum medicina visum acuente, quia oculos coadunat. & est optima contra asperitatem palpebrarum, sicut est balaustia, cortex thuris, ferrugo, flos æris, succus hypocysthidis, succus vuæ agrestis, acacia, glaucium. Hæc enim lauant & leniunt asperitatem. Maturatiua conuenit apostematibus oculorum & doloribus propter hu-
D mores clausos in interioribus corneæ: sicut myrrha, crocus, castorium, fœnugræcum, lycium, sarcocolla, mellicratum, & similia. Soporifera dolorem magnum patientibus valent: tunc. s. cum doloris magnitudine perire videntur. Caute tamen adhibeantur, quia visum minuunt, & nonnunquam amputant. Idcirco non sæpe apponantur, vel appositis calefactiua misceantur. Talia sunt opium, mandragora, & similia.

PARTICVLA *sexta de apostematibus, & doloribus, & ipsorum curis in generali. postea de ipsis ut insunt oculis, petia, pruritu, carbone: & pilis, vulneribus, fissuris, pustulis corneæ, panno, scabie, nyctalope, suffusionibus, oculorum exitu, & collyrijs multis contra morbos oculi. Cuius sunt capita duodecim.*

De apostematibus & causis ipsorum in generali. CAP. I.

MAximo studio curationes passionum, quas quarta particula scripsimus, necesse est ostendere. Ac primo de ophthalmia, quoniam quod proposuimus, tractabimus. Sed quia ophthalmia de genere est apostematum magnorum, quæ faciunt dolorem, decet nos de apostematibus generaliter tractare, deinde ad ea, quæ in oculis fiunt, peruenire. Diximus secundo, ꝙ causa omnium apostematum sunt humores ad membra fluentes, cuius causa vel interior est vel exterior:

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

rior:Interior, vt superabundantia materiæ:Exterior, vt percussio, casus, fractura, vulnus, & simi- E
lia. Præterea membri præparatio ad recipienda superflua quatuor modis est, aut propter membri defectionem, aut raritatem, viæq; largitatem membra tendentem, aut propter suæ virtutis attractionem, fortitudinem, vel sui locationem naturalem. Defectio membri aut naturalis est, aut accidentalis: naturalis, vt cutis quam constituit natura defectiuam, vt superflua ab interioribus ad exteriora, à nobilibus ad ignobilia expulsa, facilius suscipere possit: accidentalis, vt ex infirmitate præterita. Raritas membri, vt teneritas maxillarum & inguinum. Attractiuæ membri fortitudo sit in membris fortibus propter nimium calorem, qui calor aut naturalis est, aut accidentalis. Propter situalem positionem, sicut si inferius locatum fuerit. humores enim ad corporis inferiora maxime descendunt. Sed materia, quæ defluit, aut est humor, aut est ventositas: Si humor, aut sanguineus, aut aquosus, aut phlegmaticus, aut melancholicus: Ventositas autem, cum non sit subtilis, non generat tumorem. Sanguis autem si temperati caloris est, phlegmonen generat: si calidior & subtilior, erisypelas generat: sed calidissimus sacrum ignem facit, & variolas. Aquosus tumor est qui hydropisis dicitur, phlegmaticus: si fuerit subtilis, tumorē: si crassus, apostema generat, quod interius est quasi pingue seuum. Melancholicus autem cancrum generat. Ventositas autem, si fuerit, tumet. Hæc est diuersitas apostematum, quæ diuersa exigunt medicamina. F

De curis apostematum. CAP. 2.

Apostemata ergo, quæ fiunt ex sanguine calidissimo, si eorum causa extrinseca fuerit, nec corporis extiterit plenitudo, medicamine dissolutiuo & repercussiuo curetur: excalpellatio quoq; vel incisio adhibebitur opportune. Quòd si causa sit intrinseca, ab initio nō dentur mollitiua vel dissolutiua, cum plus quàm necesse est dissolutiua à locis remotis ad apostema attrahant. Sed neq; repugnantia audemus apponere, ne materia ad membra principalia conuertatur. In initio ergo curationis phlebotomia corpus purgetur: deinde apponantur repugnantia & desiccatiua, temperiem facientia, vt sua siccitate resiliant humoribus, ne ad tumoris peruenient locum, & temperiē complexionis confortent, & locum, vt superfluam materiam deuincant. Sciendum quoq; omnia apostemata quatuor tempora habere, Initium, augmentum, statum, & declinationem. In initio ergo conuenit repugnantia opponi calori: Repugnantia, tenui materia dissoluta in parte, & crassa remanente, mollitiua & dissolutiua ponuntur. nonnunquam in augmento, magno dolore existente, stypticam medicinam & refrigeratiuam ponimus: nimio dolore coacti soporiferam adhibemus. Medicina sanguinolenti apostematis, id est erysipelatis, quæ cum nimio est dolore & calore, si causa eius fuerit extrinseca ab initio mollitiua & dissolutiua sit: Si autem intrinseca fue- G
rit, primo detur choleram rubeam pharmacum purgans, deinde si opportunum est, phlebotomemus, postea medicina infrigidans & humectans apponatur: calore transacto dissolutiua aptetur. Apostema, cuius materia fuerit sanguis crassus, si cum vulnere, punctione, & putredine sit, in initio phlebotomia ei subuenias: deinde vulnera medicina corrosiua & mundificatiua curātur: Sed tamen considera apostematis magnitudinem ex calore: quia si magnum fuerit, repugnantia pones: si calidissimum, fortem caue medicinam. Aquosum apostema vel solutione, vel incisione curetur. Prima autem species phlegmatis, quæ est, vt mel, curatur constrictiuis vel confortatiuis & solidatiuis, sicut est vinum mistum cum lycio & nitro. oportet autem à leuioribus incipere, & sic ad fortiora procedere. Quòd si fuerit inueteratum apostema, cum incisiua & dissolutiua: & superius ligentur fortiter & inferius leuiter. Secundum genus phlegmatis taliter curatur, dissolutiuis, putrefactiuis & incisiuis. Tertium vero, putrefacientibus & incidentibus, dissolutiua vero non valent. Quartum genus stylo incensiuo curatur. Melancholicum apostema. i. cancer difficile curatur, non incidatur, incisio multis inconueniens est modis: Primo, quia syncopam generat, si locus multas venas habuerit: Secundo, quia membra principalia non patiuntur mēbrum ligari neq; sanguinem constringi nisi cum cauterio: & in loco aliquando nascitur, in quo non au- H
demus cauterium apponere. in huius igitur initio corpus ad temperamentum oportet reuocari, & ad bonum, cum phlebotomia, & pharmacia, & diæta, & similibus immutari. Apostema de ventositate factum dissolutiuo curatur.

De causis & cura doloris in generali. CAP. 3.

Dolor duobus est modis, subita qualitatis immutatione, & iuncturæ separatione. Mutatio vel est de frigore vel de calore, vnde causam eius non oportet inuestigari. Separatio iuncturæ tribus modis fit, incisione, fractura, crepatura. Incisio vel extrinseca est cum gladio, vel intrinseca, vt cum acuta humorum qualitate. Fractura autem fit de exterioribus, sicut solidis & crassis corporibus ponderantibus: aut de interioribus, vt de apostematibus: De exterioribus, si sit lapis, locū in quo scindit conculcat propter vtranq; loci extremitatem, qui depressus necessario extenditur. Iunctura, quæ separatur de interioribus taliter fit, augmentata materia concauitates replet membrorum, doloremq; generat. Materia vero humorum est, vel ventositas vel acuta qualitas. Ideoq; sex sunt causæ doloris, chymus nimius, ventositas non habens exitum, magnum apostema vel durum, humorum acuitas, vel vulnerum siccitas, vel caliditas, vel frigiditas. Si dolor propter nimium chymum fuerit, ipso purgato cessabit: Si propter crassam ventositatem, cibo subtili & potu calidisq;

fomentis

A fomentis & cataplasmatibus curatur: Si ex apostematibus, ipsorum curatio est dolorum amputatio: Si ab humorum qualitate processerit incensiua, necesse est chymum purgari, siue in bonum mutari cum medicina doloris mitigatiua, quòd si non sufficiat, soporifera imponamus, vt dolor mitigetur. Quòd si de frigidis crassis & viscosis humoribus processit, soporiferā caueamus, quia non est tantus dolor qui de his nascitur: Si crassa ventositas exitum non habēs causa fuit doloris, res attenuatiua & dissolutiua adhibenda erit, vt ventositas dissoluatur, & humores desiccentur. Sic etiam de cæteris contraria contrarijs oppone.

De causis & cura dolorum oculorum. CAP. 4.

Oculi vero patiuntur ex apostemate vel propter acutos humores ad ipsos fluentes, vel propter pellicularum suarum extensionem ab humorum plenitudine, aut inclusione crassorum humorum & viscosorum, vel crassæ ventositatis in loco illo. Si sit propter acutos humores, pharmacia detur, materia deorsum ducatur, & oculi cum albumine oui lauentur. Purgato corpore & apostemate maturari incipiente, balneum diligenter aptetur. Quòd si dolor fuerit propter humores interius clausos, totum corpus maxime purgetur, deinde calefacientibus vtatur, & oculi cū decoctione fœnugræci lauentur: & ante purgationem totius corporis dissolutiua & calefactiua caueā-
B tur, quia ad apostema plus attrahunt quàm dissoluunt. Sciendum q̄ humores ad oculos veniunt, vel de omnibus partibus, vel de solo capite: si de solo capite, solum caput expedit purgari, postea confortari, & ad temperiem duci, ne vltra malos humores generet, plurimumq; digerat humores. decet etiam confortare cor, & corroborare, & temperare, quando arteriæ in causa sunt, quare humores ad ipsos defluunt: quæ si supra craneum fuerint, desiccatiuum cataplasma & emplastrū apponatur: his non proficientibus incidantur. Nonnunquam dolor fit in oculis propter sanguinis coagulationem in venis oculorum clausi, vnde plenæ videntur, & oculorum essentia sanguinolenta: Quæ passio curatur vini potatione, tamen balneo præcedente.

De ophthalmia & eius cura. CAP. 5.

Dicimus q̄ ophthalmia est apostema calidum nascens in coniunctiua, & ostendimus curam apostematum solis oculis pertinentium. Vnde quia oculi sensum habent acutissimum, & dolorē ferre nequeunt: non temere curentur forti medicamine, sed cum rebus dolores mitigantibus temperentur. Et fiat, quod apponendum est, humidum: & viscosum in loco in quo congruit, immisce-
C tiuum & maturatiuum medicamen sicut crocus & lycium: similiter & styptica, vt myrrha & castorium, thus masculinum. Collyrium quoq; si multum stypticum fuerit, humefiat cum albumine oui, lacte, & decoctione fœnugræci. Hæc si fecerimus, in vno die dolor remittetur, & passio declinabit: qua declinante balneum succedat, deinde collyrium priore fortius imponatur sicut nechium, vt constringat & confortet oculos: tamen parum acuti collyrij cum eo misceatur, & parum à medio ad multū ascēdatur. Quòd si ophthalmia cum nimio dolore fuerit, ponatur ab initio collyrium, quod dicitur diarhodon aspēron. Apostemate vero decrescente diarhodon erimōni imponatur, & calefiat sæpissime, si nimio pungetur dolore: & si dolor nō sit multus, sufficit semel aut bis: & hæc calefactio fiat de meliloto, fœnugræco, & similibus. Cataplasmentur quoq; croco, meliloto, coriandro, oui vitello, pane loto in vino. Sed si dolor nimius fuerit, misceat illi cataplasmati decoctio papaueris: vnguentum factum de croco, glaucio, lycio, gummi, & aloe, ponatur supra frontem. Si calidi sunt humores, ramus portulacæ, citonij, vel succus portulacæ, plilij, strigni, & similia. Si calidus non fuerit multum, puluis molendini, myrrha, thus, albumen oui. Humoribus vero frigidis existentibus, sulfur, pix liquida, colophonia, & similia apponantur.

De curis petiæ, tumoris, & pruritus oculorum. CAP. 6.

D Ad petiam sanguis columbæ, pauonis, & omnia talia prosunt, si cum thure modico misceātur: & calefactio decoctionis hordei & hyssopi prodest. Oculorum tumores habentibus fiat cataplasma ex vuis passis sine acinis ex melicrato vel aceto. Si tamen apostema non dissoluatur, radix trita admisceatur: tumore nondum dissoluto, succus columbæ apponatur. Pruritus sicut apostema curetur purgatione corporis: & dissolutione materię intus clausæ, & collyrijs, & cataplasmatibus, & fomentatione aquæ calidæ in nocte oculis appositā: quæ mista cum oleo rosato, aut in ouo anatis prurītum amputat, & oleum rosatum temperate calidum. Sæpe tamen oculis cholericam imponimus medicinam, vt lachrymas in eis prouocet, quibus lauentur, & mollificentur. Prurītus cum nimio fluxu humorum, medicina Erasistrāti curatur.

De carne addita in oculis, & carbone, & cura. CAP. 7.

Si carnes additæ propter vulnera fuerint, non curantur, nisi chirurgia. Excrescentia superfluæ carnis acuta medicina curetur, sicut ærugine æris, sulfure, & similibus. Si autem caro oculorum excreuerit superflue, nō curabit nisi chirurgia. Quòd si locus ille tumidus fuerit, valet allium gū-
mi cum glaucio & vino. Nascitur etiam quoddam in oculis, quod dicitur carbo: et sicut apostema curatur: cumq; saniem habuerit, sicut vulnus curatur saniem habens. Quidam medici ponunt in hac passione glaucium, tragacanthum, rutam, succum maligranati, lanam vstam, vel myrrham &

aloem,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

aloem. Huic paſsioni valent ammoniacum cum aceto: & aliquando admiſcemus cum eis de hordeo & zedoario: & capita muſcarum è cera cataplaſmata. E

De pilorum ablatione & remedio contra caſum pilorum. CAP. 8.

Pilis ablatis lauentur loca ipſorum aquis ſalſis, & aluminoſis, & vngantur loca pilorum: palpebræ cum albumine oui, & alumine, ſtaphiſagria, & farſima. i. ſtercore columbino. ℂ Collyrium Sabor. valet ad pilos cadentes de palpebris. Recipe oſsium dactylorũ drach. iiij. cadmię drach. ij. ℂ Aliud Sabor. Recipe antimonij, chalcanthi, tragacanthi pondus æquale: quæ omnia cum melle temperata terantur, deinde collyrium fiat. Si autem pilis cadentibus palpebræ appareant craſſæ, ſtercus muris cum melle temperatum valet. ſuperfluí pili de palpebris ſunt amputandi. Quidam dicunt pilos non vltra naſci, ſi radicibus pilorum extractis ſanguine teſtudinis vel dentibus caninis locus vngatur.

De curis vulnerum, & fiſſurarum in generali. CAP. 9.

Oportet primo vniuerſaliter dicere de vulneribus, poſtea vero de iſs, quæ propria ſint oculis. Omne vulnus vel concauum eſt tantum, vel fiſſum. Si multum fuerit fiſſum, trina intentione curatur. Iungamus vtrãq; partem, & ſuamus ſtudioſe, & curemus ne incidat puluis vel pilus. Quòd ſi magnum vulnus fuerit, nec pars parti poſsit coniungi, nec ſanies permaneat in concauitate: neceſſe eſt vti deſiccatiuo medicamine, vt finita ſanie vulnus impleatur carne. Cuius compoſitio eſt cum cauſa vel morbo vel accidenti. Si cum cauſa ſunt humores ad illud fluẽtes, corpus purgetur pharmacia, & phlebotomia: diæta quoq; temperetur: deinde deſiccatiuis ſiccetur. Quòd ſi fuerit cum morbo, vel eſt ſimplex vel compoſitus. Si morbus ſimplex eſt, ad temperiem membrorum reducatur: Quòd ſi cõpoſitus, vel vt naturam ſuam membrum egrediatur, vel vulnus multũ concauum ſit: duplex medicina neceſſaria eſt: Vna, qua membrum ad temperamentum redeat: Altera, qua concauitas carne repleatur. Impleatur ergo medicamine deſiccatiuo mundificatiuo, quod humores coadunatos deſtruat, vulnusq; à putredine mundificet. Sed vt per poros poſsint egredi ſuperflua (vnum ſubtile & continuum, quod latet ſenſum: aliud craſſum, quod vt lutum in corpore coadunatur: & hæc duo ſuperflua plus in vulneribus, quàm alicubi ſunt propter loci defectionem atq; dolorem) neceſſaria eſt deſiccatiua & mundificatiua medicina, qua mundificetur & deſiccetur ſuperfluitatis ſordities. Omne etiam vulnus vel concauum eſt, vel fiſſum. Et ſi fuerit cum accidente ſicut cum dolore, mitigatiua conueniunt. Fiſſura ſi parua ſit, non eſt neceſſaria niſi coniunctio partium: & parum medico eget, niſi locus vulneris partem amiſerit, quæ pars vel caro eſt, vel cutis, vel vtrunq;. Si ſit cutis, apponantur ſtyptica vel deſiccatiua, vt locus induratus cuti aſsimuletur. nonnunquam acuta medicina facit hoc accidentaliter. calida medicina paulatim appoſita facit hoc accidentaliter, & locum ſua ſiccitate indurat. Multa vero quantitas ex ea, loco appoſita reſoluit cauſam, & minuit fiſſuram. Quòd ſi caro à vulnere ſit amota, in initio carnis generatiua expediunt: deinde locus mundetur, & cuti aſsimuletur. Sed omnem medicinam, quæ vulneribus pertinet, neceſſe eſt ſiccam eſſe, quæ tamen propter cauſam quandoque cauenda eſt. Parum ſicca erit, ne multum ſiccans carnem prohibeat generari. Mundificatiuam quoq; ſiccam eſſe oportet: vt putredinem mundet vulnera conſolidans. Deſiccatiua eſſe debet ea, quæ generat carnem, quæ nec mordicatiua ſit, nec abrodens, ſed ſtyptica vt caro induretur, cutiq; aſsimuletur. Hæc eſt diſputatio vniuerſalis vulnerum, & medicina. F G

De vulneribus oculorum, puſtulis in cornea, panno, vngula: nyctalope, ſcabie. CAP. 10.

Sed vulneribus oculorum, ſi ſint ſimplicia, mũdans & colans cõgruit medicina, quia humores cito vndiq; fluunt ad oculos propter acumen ſenſus eorum. Quòd ſi vulnus cum tumore ſit, vel nimio dolore: apponuntur collyria, quæ thus & metalla vſta recipiunt, & cataplaſmata: nec pungitiua cataplaſmentur. Aliquando tamen, ſi putredo vulneri inſit, colatiua tunc apponatur. Sed intueri oportet an vulnus carnem rodat. Inueſtigandum quoq; vnde humores ad oculos fluxerint: quo perfecto, caput & corpus expedit purgari. Deinde apponenda ſunt collyria deſiccatiua, nullamq; faciẽtia punctionem: ſicut ea, quæ reſpiciunt caſum, cum dantur cum lacte vel cũ decoctione fœnugræci. Si dolor eſt nimius, aliquando ſoporifera medicamina apponuntur: fluxu humorum ceſſante, eis ſtyptica apponuntur. Præuidendum tamen ne vuea egrediatur, cui egredienti ſtypticum conuenit adiutorium. Collectio & puſtulæ in cornea naſcentes curantur cum medicina maturatiua, mediocriter colatiua, ſicut collyrio recipiẽte crocum, thus, myrrham, caſtorium, decoctionem fœnugræci. Quòd ſi non inuenerint, & tumor non diſſoluatur: calidum & aperitiuum appone, ſicut ſagapenum, euphorbium, & ſimilia. Pannus in oculorum albedine natus colatiuo & mundificatiuo curetur. Quòd ſi fuerit ſubtilis, ſufficit ſuccus rubei papaueris, vel decoctum minoris centaureæ cum melle: ſi groſſus, fortiora dari neceſſe eſt: ſicut picem liquidam, æs vſtum, nitrum, ſtercus muris, myrrham, ſal ammoniacum, & ſimilia. Si aliquid ex eo remanſerit, gallam, acaciam & chalcanthum appone. Vngula & ſcabies, ſi duræ ſint etiam & veteres, incidere eas vel excoriare optimum eſt: ſin autem ſubtiles, appone æs vſtum, florem æris, ſel porcinum, ſal ammoniacum. His nondum proficientibus, appone medicinam putrefacientem atque rodentem. Scabies non ſtypticis eſt curãda, quæ ſi ſit cum vulnere magnoq; pruritu, cõuertatur palpebra H

Abra & cum hoc excorietur. Eſt quædam paſsio oculorũ, quam qui habuerint, veſpere nõ vident, quos phlebotomari conuenit de cephalica brachij, & vtantur pharmacia, & clyſteribus, & caput purgantibus, & gargariſmate, & ſternutatione mundificentur: vena auris incidatur. Oculis mel cũ alumine, & ſale ammoniaco apponatur, & cũ hepate caprino fumigetur. hęc omnia proſunt.

De ſuffuſione, egreſſu oculorum, & petia. CAP. 11.

SVffuſio, id eſt viſus defectio, ſic curatur. Caput, & totum purgetur, vt diximus: diæta ſit tenuis: deinde vtaſ collyriis, fœnumgræcũ, mel, ſagapenũ, aſarum, thus recipientibus, & opobalſamum, & ammoniacũ. Valet quoq; ſi vena hepatica incidaſ, & ſanguiſuge tẽporibus apponantur. Oculis extra exeuntibus, vẽtoſa in collo apponaſ. oculi ligenſ & aqua ſalſa ſuffumigenſ. Petia curatur ſanguine oculis inſtillato. deinde cum albumine oui oleoq; roſarum ligentur.

De collyriis multis ad oculorum ægritudines. CAP. 12.

COllyrium quod dicitur Diarhodon in modum piperis valens in augmẽto doloris opthalmiæ. Recipe cadmiæ, ceruſſæ. ana drach. xiiij. roſarum drach. duodecim: gummi, amyli ana. drach. i. tragacanthi drach. iiij. &. ſ. aloes drach. vi. tempera cum aqua pluuiali, & informa. Aliud in initio ophthalmiæ, quod etiã vetuſtæ valet. Recipe acaciæ drach. liij. gummi. ʒ. xliij. cadmiæ drach. xxxvi. tempera cum vino pontico ana. drach. xij. tempera cum aqua pluuiali. hæc oĩa à Paulo ſunt ordinata. ℂ Iſta vero Galenus dicit. Collyriũ valens ad diſſoluẽdum apoſtema die vno & ad ophthalmiam. Recipe antimonij, acaciæ ana. ʒ. lxx. cadmiæ drach. ix. æris vſti loti. ʒ. xxi. ceruſſæ drach. xij. ʒ. myrrhæ. ʒ. vi. ſulfuris drach. vi. caſtorei, opij, chalcanthi vſti ana. drach. vi. gummi drach. ix. tempera cum albumine oui, in vno die eſt validiſsimum. ℂ Aliud Pauli. Recipe cadmiæ, croci, gũmi ana. ʒ. iiij. æris vſti drach. xxiij. ceruſſæ, roſarum ana. drach. xxij. polij, croci, chalcãthi, opij ana. drach. vi. aloes, ſpicæ, caſtorij ana. drach. i. &. ſ. tẽpera cum aqua: curat vero ophthalmiam & humores vel propter dolorẽ, vel vetus vulnus fluentes. Aliud. Recipe cadmiæ, acaciæ, gummi ana. drach. ix. antimonij triti drach. xx. caſtorij, opij ana. drach. vi. lycij drach. iiij. &. ſ. myrrhæ drach. xij. ſpicæ, aloes ana. drach. iiij. gummi, tragacanthi, chalcanthi ana. drach. i. &. ſ. tẽpera cũ vino & aqua myrtina. ℂ Aliud ad ſuperiora. Recipe acaciæ. gũmi ana. ʒ. lx. plũbi loti. ʒ. xxx. ſpicę, caſię ana. ʒ. vij. roſarũ, cadmię ana. ʒ. xxx. ceruſſę, aloes, opij, croci ana. ʒ. ix. caſtorij, lycij ana. ʒ. iiij. &. ſ. tempera cum albumine oui: valet vulneribus et oĩbus paſsionibus oculorum vetuſtis & putrefactis. ℂ Aliud in ſtatu cõueniens cum albumine oui, in declinatione cum aqua. Recipe cadmiæ vetuſtę & lotę, ceruſſę ana. drach. vi. amyli, tragacãthi ana. drach. iij. hyoſcyami drach. i. &. ſ. croci. drach. vi. glaucij, ſarcocollæ ana. drach. vi. opij drach. iiij. tragacanthi drach. vi. croci drachmas tres, gummi, opij drach. i. &. ſ. tempera cum aqua. ℂ Aliud valens in augmento ophthalmiæ. Recipe cadmiæ, ceruſſæ ana. drach. xxiiij. roſarum. xij. gummi amyli ana. drachmas quatuor: tragacanthi, drachmas quatuor, &. ſ. aloes, drach. iiij. tempera cum aqua. valet in vulneribus & humoribus vulneroſis & lachrymis ex oculis fluentibus. ℂ Aliud valens ad ophthalmiam, & vulnera, & aduſtiones, & ad mundificandum vulneris putredinem. Recipe antimonij vſti, cadmiæ, roſarum ana. drach. xxiiij. ceruſſæ tritæ. xxij. opij, drach. vi. tempera cum aqua. ℂ Aliud nimio dolori conueniens, & liquidiſsimos humores ad oculos fluentes reprimens. Recipe roſarum, drach. vi. &. ſ. opij, ſpicæ ana. drach. i. Aliud. Roſarum drach. xxij. croci. vi. æris vſti & loti, drach. i. &. ſ. tempera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe roſarum, drach. xviij. cineris locorum vbi æs funditur, drach. vi. croci, opij, gummi, ana. drach. vij. tempera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe gummi drach. iij. tragacãthi, drach. i. &. ſ. tempera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe myrrhæ drachmas. lxxv. roſarum. xl. croci. vi. &. ſ. tempera cum vino. ℂ Aliud valet nimio dolori, puſtulis, concauis putridis vulneribus corneæ, oculoſq; exeũtes comprimit, omnemq; oculorum paſsionem ad ſanandum difficillimam curat. Recipe roſarum drachmas centumocto. gummi. xxxvi. cadmiæ vſtæ & lotæ drach. xxi. croci vndecim: opij, antimonij, drach. ij. &. ſ. iarri ſpicæ drachmas tres: myrrhæ. iij. tempera cum aqua pluuiali. ℂ Collyrium Pauli. Recipe æris vſti, tragacanthi vſti, ana. drach. viij. croci. ij. nitri drach. i. coquantur ad mellis ſpiſsitudinem. ℂ Aliud eiuſdem, valet ſcabiei palpebrarum, veteriq; ophthalmiæ, ſaniem, & vulnera aurium, & os rodentia ſanat. Recipe æris vſti drach. quatuor, myrrhæ, drachmam vnam, &. ſ. piperis, croci, vini ana. drach. ix. ℂ Collyrium Pauli. Recipe cadmiæ auri & argenti drachmas tres. tempera cum aqua pluuiali. ℂ Collyrium Oribaſii valens in initio ophthalmiæ & vulneribus. Recipe cadmiæ, ceruſſe, tragacant. ana. drach. vigintiquatuor, antimonij, gummi vſti ana. drach. xxi. plumbi incenſi, tutiæ, ana. drach. vigintiquatuor. Aliud. Amyli. xvi. gummi. ix. æris vſti, tragacant. ana. ʒ. vi. myrrhæ, opij, ana. ʒ. v. ℂ Aliud valens vſtioni, vueam egredi prohibens, ſubueniens vulneribus. Recipe antimonij vſti, ceruſſę ana. ʒ. vigintiquatuor, myrrhæ drachmas tres. amyli xix. tragacãt. xij. gummi. vi. tempera cum aqua pluuiali. ℂ Aliud valens puſtulis, vulneribus ſanioſis, & nimio dolori duraeq; ophthalmiæ. Recipe cadmiæ vſtæ & lotæ drachmas vigintiquatuor, antimonij loti & vſti. xviij. amyli. iij. plumbi incenſi & loti. xij. tutiæ, myrrhæ ana. drachmas xij. tempera cum aqua. Aliud. Recipe tutiæ drachmas duodecim, cadmiæ lotæ, ceruſſæ ana. drachmas cxxiiij. antimonij incenſi & loti xviij.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

myrrhæ,opij,ana.drachmas quinquaginta,&.5.tragacanthi drachmas duodecim. tempera cum E aqua. ¶Aliud vtilissimum asperitati palpebrarum & scabiei. Recipe chalcanti drachmas duas, cadmiæ drachmam vnã.ad solem cũ vino sufficienter agita. Aliud. Recipe cadmiæ drachmas. vi.chalcãthi gra.triginta.pip.gra.xxxvij.spicæ,drachmam vnam &.5.al.drachmas tres &.5.cadmiam & chalcanthum tritura sufficienter & agita, deinde cum pipere spicam commisce & tempera. ¶Aliud valens scabiei,& humoribus ad oculos fluentibus,veteriq; passioni,& pustulis. Recipe cadmiæ, gallæ,rosarum,gummi,croci,ana.drachmas tres, opij, drachmam vnam. omnia puluerizata cum vino ad solem sufficienter agita. ¶Ad oculos caliginosos & sanguinolentos, aloe trita cum albumine ouí mirifice prodest: si aloen non habueris, canabis trita idem facit. ¶Ad oculos dolentes,& lachrymas stringendas,& pruritum tollendum. Collige mel despumatum,& ex eo vnge folia hederæ,& superaspergе puluerem fæcis vini,& oculis superpone per noctem.expertũ est.Idem chelidonia cocta in aqua, si ex ea oculi fomententur, dolẽtibus prodest. Item coriandrum viride tritum admisto lacte mulieris oculis superpone, dolorem & tumorem tollit.Idem facit radix cucurbitæ agrestis trita & imposita. Fel caprinum cum melle antiquo mistum & inunctum oculorum caliginem destruit. ¶Ad pannum ab oculis abstergẽdum. Fęcem vini, album ouí, rasuram ossis sepiæ facto puluere mitte donec corrodatur. Vitellus ouí tritus F succoq; apij mistus & inunctus sanguinem spargit. Absinthium viride cum albumine ouí tritũ, & nocte suppositum,sanat. ¶Ad tumorem calidum & sanguinem oculorum, anagallis cum albumine ouí trita & imposita prodest. Ad tumoris calidi dolorem. Herbam violariam cum oleo rosaceo tere,& superpone:mire iuuat. Valet etiam mali granati succus.in vase æneo vel stanneo ipsum coque & cola,& cum opus fuerit vtere. Item Recipe plantaginis, centaureæ, vngulæ caballinæ,pulegij,betonicæ,chamædryos,apij, fœniculi radicum,partes æquales, pone in olla noua,& intra sparge fœnugrecũ. Item lycium in rhodoscomate guttatim impositum valet. Item auripigmentum,pannum subtile laneum,& simum hominis combure in olla bene argillata.



G

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE RENVM AFFECTVVM DIGNOTIONE ET MEDICATIONE,

Christophoro Heyl. Vuissbadensi interprete,

Nunc primum ad græcorum codicum fidem accurratissime recognitus. H

De substantia,figura,situ,partibus,& vsu renum, CAP. I.

REnibus peculiare quoddam corpus est ex fibris & carne constitutum, quod cum alia parte nulla commune habent: & caro hæc densa est,ne sanguis quí ad ipsos defertur, facili momento diffluat, effundatur, & abeat cum vrina. Carnea hæc substantia non paucas habet inuolutiones, in quibus quoniam singulatim per substantiam lapides plerunq; generantur,fiunt in renibus grauissimi dolores. Ac de substantia quidem hactenus. Figuram autem renes habent græcæ literæ Ϛ: & in medio cauitatem quandam, qua ex venis & arterijs serosum excrementum excipiunt: nam ad eos non maiores solum venæ, quarum aliæ in cauitatem hanc inferuntur,aliæ in membranam,quæ renes circuntegit: sed meatus etiam capillis modo exiles deferuntur. Dexter autem sinistro sublimior est:ne inter operandum, alter trahat, alter retrahat. Iacent ad spinam renes, paulo altius quàm ilia:

A ilia:& ex se,vrinarios meatus duos emittunt,quibus ad vesicam vrina deducitur. Sed habent isti quoque meatus propriam corporis sui substantiam, quam in alia particula nusquam reperias. Duos autem natura renes produxit, non vnum. quoniam alias excrementorum species serosa hæc superfluitas non parum superat,quam attrahere, renum officium est:ignorare enim non debemus alteram cauæ venæ partem ad corporis nostri inferiores partes deferri: quæ bifariam diuisa est,altera parte sursum, altera deorsum porrigitur. Pars quæ descendit,rursus tripliciter finditur, & pars vna ad crura porrigitur, altera ad testiculos, & tertia ad renes. Procedunt vero & de corde arteriæ, quę serosum excremẽtum & vnà caliditatem immittant: vt ab eis renes calefiant.nam renes ita ex seroso isto excremento frigent, vt ex atræ bilis succo lien: Quamobrem à dictis iam arterijs calor renibus suppeditatur, quò natiuam suam frigiditatem possint euincere. Postquam vero serosum id excrementum renes attraxerunt, vtilem quí in eo est sanguinem ipsi retinent,& ex eo nutriuntur: excrementum vero ipsum serosum à facultate segregatrice ceu inutile expellitur. Sed quandiu in venis & arterijs hoc cum sanguine currit,excremẽtum serosum: cum segregatum est,lotium nominatur.Proinde quod in sanguine vtile est,id sibi renes in nutrimentum seruant: quod autem inutile, id abigunt.Atque vt bilis vesica, bile delectatur: & lien, B atræ bilis succo: ita renes seroso isto excremento gaudent. Renum autem operatio est secernere & percolare serosum excrementum à sanguine. Atq; hic renum vsus est.Non solum autem renum, sed & singularum partium operatio medico est inuestiganda: quòd ex operatione labefactata cognoscatur,quæ particula morbo sit affecta: & ex modo ruinæ operationis, quantum sit quæque affecta.

Quibus ex causis calculi oriantur, & qua ratione pueris in vesica,adultis in renibus frequentius oriri soleant. CAP. 2.

OMnis affectus,quo ren laborat, quanquam Nephritis dicitur, siue is similaris sit, siue instrumentalis,siue communis:proprie tamen Lithiasis,id est calculi morbus, Nephritis appellatur.Sunt autem lapidis huius quatuor causæ, Efficiens, materialis, instrumentalis, & finalis. Nec operosum fuerit discere à rebus externis, lapidis concretionem, aut à frigore, aut à calore fieri: velut in riuulis & canalibus, cum caliditas, materia non expirante & ventilata, exoritur.cum aqua in aliquo canali substat,calor quidam præter naturam accenditur, quo dispergente id quod in aqua sic cœnosa partium erat tenuium, quod crassarum est partium in terram dure- C scit: manensq; eo in loco substãtiæ lapideæ ex qua factus canalis est, adhærescit:& in lapidem sic colligitur.Subnectam aliud de eadem re notum exemplum.In lebete generari lapides sæpe compertum est aquæ parte, quæ tenuis fuerat, dissoluta, manente alia, quæ crassa & terrena est: ea enim lebetis vel alius æris corpori affigitur, & lapidescit. Verum in nobis lapidem frigus non parit:neque enim fieri potest, vt viuo corpori tantum frigus accidat, quo concrescere valeat in homine lapis, quemadmodum fieri in externis videmus: quo fit, vt à calore lapis in homine generetur, eoq; vel vehementi, vel tepido. Nam si crassa materia est, sufficere potest tepida & moderata caliditas,& quæ naturalis est, ad firmandam & indurandam terræ modo crassam hanc materiam: est enim crassities ad generandum lapidem singulariter accommodata: Sin tenuior est, vehementiori tum planè indigebit caliditate, siue naturali, siue præter naturam, qua durescat in terram: siquidem calor tenues materiæ partes euaporare facit: atq; ita, vbi valuerit, lapidem conformat. Ideoq; simpliciter à calore fit in nobis calculus. Materialis causa est crassus aut glutinosus succus, vel vtroque modo vitiatus. Instrumentalis causa est ren, aut vesica, vel pars alia quæ generando lapidi sit opportuna. Finalem causam haud aliam dicas, quàm lapidem ipsum. Sanguis quí in renes fertur, aut crassior seipso est, aut pituitosior, aut magis ad D bilem atram, aut rufam demutatus: ferturq; ad eos per venas & arterias, vel in cauitatem, vel substantiam:eò delatus,si quantitate, vel qualitate, vel consistentia excedat, astringitur, detentusq; concipit caliditatem præter naturam: hæc caliditas præter naturam amplius eum densat, agglutinat, & assat, assatumq; ipsum in terram & lapidem commutat. Qui itaq; arbitrantur in renum concauitate lapides consistere solum,cum per vrinæ meatus transeunt, dolere laborante s dicunt: Qui vero in ipso renum corpore gigni lapides arbitrantur, quo modo & in arthriticis nodi gignuntur: non solum cum pertranseunt, sed & quando generantur, & quando renum concauitatem subeunt,dolere laborantes asserunt. Sed fieri vtroq; modo lapides posse nobis satis persuasum est, cum succus tenax & crassus tempore aliquo assatur in ijs atque exiccatur. Demonstratum est enim in commentarijs de facultatibus naturalibus renem trahere ad se quicquid in venis serosi & tenuis cum sanguine permistum reperiatur.Si quando igitur meatus,qui in renis ventriculum illud transmittũt,latius aperiantur,crassius vnà aliquid colatur: quo calefacto & exiccato in renis cauitate,lapidosam consistentiam assequitur.Quamobrem si virtus segregatrix ipsius renis id omne in vrinis expulerit,arenosum in ipsis sedimentum,pueniet. Si infarctũ id & solutu difficile sit quod renis cauitas suscepit, ad eũ aliud adhuc nõ absimile ex caua vena immissum deinceps colligitur,& augescit (circũlinitur.n.semper quod affluit ei quod iam adest) itaq;

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

lapis non adeo contẽnendæ magnitudinis exurgit. Quod certe vt facilius fiat, renum tempera- E
tura iuuare potest haud mediocriter, si calore naturali hæc ceu feruens & acris fuerit. Atqui si fo-
ramen & meatus, qui ex vena caua in renem peruenit, fuerit rarefactus, & sanguis humens, neq;
crassus neq; glutinosus: tum vrina fiet cruenta. Cum itaq; ex sola pituita tenaci & crassa poroso-
rum & lapidosorum corporum, quæ in renibus coguntur, substantia coiuerit: color inesse solet,
quem cineritiũ nominamus: non absimilem lapidi, quem fieri in aquis spõte natis, quæ ἀνυσφυεῖς
græce dicuntur, videmus. Hæ nanque, si tepidiores sint quàm pro temperatione, tophos viden-
tur producere: neq; alij causæ acceptum feremus, quod pueris in vesica lapides generentur, æta-
te vero florentibus in renibus. Quippe cum actiones naturales in pueris sint omnes fortes, fu-
sa est in eis & dissoluta succorum crasities. Contrario modo se habent qui ætate proceserunt:
nam actionibus in hisce debilioribus coacta est crasities succorum. Apparet vero in externis id
quoque, cum videlicet quæ crassam naturam habent, per tenuia foramina traijcere institutum
sit. quæ nanq; fusa calore sunt & colliquata, transire ocyus videmus: quæ vero liquata non sunt,
traiectioni resistere. harum materiarum exempla nobis sunt pix, resina, adeps, cera, & mel.
Cum itaq; in pueris calidum innatum abundet, & fortes sint actiones: crassitudo materiæ dilu-
ta in renes delabitur, indeq; facilius in vesicam transit, non parum etiam adiuuante ad transitio- F
nis celeritatem ipso actionum robore. in vesica autem existente frigida (membranosa est enim
pauciq; sanguinis, & ampla intus capacitate) rursus consistit, densaturq; ad eam crassitudinem,
quam paulo ante monstrauimus: consistentiæq; principium sumit, si diutius in vesica commo-
retur. Ipsa siquidem glutinosa credibilius est ab innato puerorum calore facilius subigi, atq; ideo
magis viri, consistere, & condensari. Adijciamus si libet, puerilium vrinarum crassitudinis
causam: quæ certe alia non est, quàm puerorum voracitas, & mouendi excessus mox ab alimen-
to assumpto, dum scilicet pueri ferociunt & ludunt. In lactentibus autem ipsa etiam materia plu-
rimum facit: in adultis enim qui caseo & similium rerum esu delectabantur, lapides in vesica &
renibus fieri cognouimus. Idcirco lithiasis vesicæ, puerorum est morbus. Haud enim potest
vesicæ collum tam angustum in maioribus corporibus esse, vt humorem crassum remoretur.
Attamen ne putemus solum hoc sufficiens esse ad lapidis generationem, nisi calida intempe-
ries eodem accedat: quæ calorem ignitum habeat, non temperatum aut modicum. In puel-
lis ceruix vesicæ dehiscit in membrum genitale, & breuis simul est & lata, vt nullo labore cras-
sa per eam ipsæ meiant, quæ in vrina feruntur: quæ dum pueri retinent, quod sæpe fit, & pro-
pter longitudinem & angustiam ceruicis vesicæ, materiam vesicæ æstuanti præbent ad calculi G
generationem.

Indicia quibus calculi & reliqui renum affectus deprehenduntur. CAP. 3.

SIgnorum alia sunt, vt ita dicam, scientialia, alia artificialia, alia propria. Proprium signum
est, quod certe, nulloq; medio morbum ostendit, in renibus nempe lapidem: vt cum
arenæ in matula subsident, tunc planè ostendatur lapidem in renibus esse: signumq; hoc con-
stans & proprium. Quoniam vero affectus quidam complicantur, dicemus quoque de signis
communibus. Cum lotium quod excernitur, sanguinolentum est, signum id esse commune po-
terit, vel quòd vasorum apertio sit, vel ruptio, vel erosio, vel imbecillitas, vel dilatatio, vel aliud
quicquam eiusmodi. Quoniam ruptionem exquisiti & confertim egesti sanguinis vacuatio se-
quitur. In apertione paulatim fertur, & sanguis tenuissimus emanans cruentam vrinam effi-
cit. Si quocunque tempore & momento sanguis egeritur, imbecillitas vasorum est: Sin vnà
cum sanguine, aliæ quoque crassitudines excernuntur, dilatatio. Sin sanguis sit aquosus,
manifestum est certumq;, lapidem consistere. Sin sanguis qui excernitur sit crassus, manife-
stum est ipsius crassitudinem violenta coactione in lapidem esse abituram: si (vt fit) in ea sangui- H
nis vacuatione frigidam exhibeamus, vt vena atq; arteria: coarctetur & conniueat, nec amplius
sanguinem vllum in renes ingerat, qui cogi istic possit. Fit enim proculdubio in hisce sanandis
error: nam venam coarctant frigida, vt alium sanguinem inferre non sinat: verum ea ratione fit,
vt sanguis in renibus commoretur. Proinde si frigidam exhibeas, venam comprimes quidem,
ne sanguis deferatur: sed qui renibus illatus iam est, mox indurabis. Ex stupore cruris quod à
rene secundum lumbum porrigitur, cognoscere poteris quis ren laboret. nam si dextrum crus
stupor occupabit, dexter ren ægrotat: sin læuum, sinister. Est vero stupor, sentiendi & moue-
ndi in particula difficultas: qui fit in crure, quia vena quæ ad inferiora demissa est, triplici ramo di-
uiditur, quorum vnus cum arterijs ad testiculos vadit, & vasa seminalia: alius renes ingredi-
tur: tertius ad crura porrigitur. Cum igitur in renibus lapis generatur, vnà tum afficitur vena
quæ ad crura descendit: sunt enim ambæ ab vna sobole cauæ venæ, quam inferis partibus na-
tura distribuit. igitur vena quæ ad crura porrigitur, repletur: qua repleta, stringuntur neruus
quandoque aut musculus. cum stringitur neruus, animalem spiritum ad crura non transmit-
tit, vnde sensu crus priuatur, & prouenit stupor. Porrò ex testiculo quoque† secundum lum-
bos retracto, scire possumus renem esse affectum. Si nanque dexter testiculus retrahatur,

† In premissis est κατ' ἔξιν. i. fm ꝓcessionẽ vel rectitudinẽ.

dextrum

A dextrum pati renem argumento est: si sinister, sinistrum. Nam à iecore & corde vena & arteria
ad renes procedit, quæ in eorum cauitatem inseritur. vasa autem seminalia ad testiculos ferun-
tur. Quando igitur lapis in renibus generatur, vena illa & arteria distenduntur, & seminalia va-
sa quæ ad testes pertingunt, atque ita per compassionem testes retrahuntur. Tradunt aliqui, ve-
hementis doloris ratione vigilias vomitum excitare. debebant itaq; podagrici, lippientes, & qui
vehementi dolore, & vigilijs exercentur, vomere. Sed ea de causa hi non vomunt, immo pro-
pter posituram renum: ij nanq; positi sunt secundum spinam post intestina & ventriculum: qua-
propter facta in renibus violenta quadam distensione, per copulas affectio ad intestina & ven-
triculum digreditur, indeq; affectione ascendente, sequitur subuersio. Quoniam vero cum la-
pis subest, quædam veluti titillatio oritur, naturaq; ad eius quod molestat expulsionem stimu-
latur, ideo spiritus occurrunt: quibus irrumpentibus in fistulosam pudendorum partem, ipsam
immaniter contendunt. nam in omni motione naturali sanguis & spiritus concurrunt, qui sunt
naturæ vehicula. Cum vero demonstratum sit cor, iecur, & renes in concauitate non sentire,
in superficie autem sentire (quoniam in superficie nerui sentientes feruntur, in concauitate vero
nulli sunt) quomodo hæc dolorem persentiscunt? An quia grauatur cauitas, ideo dolor exurgit:
B extenditur nanq; membrana quæ foris est, vndique, quod cauitas interna sit repleta, & sic exten-
sa membrana dolorem facit. In renum itaq; substantia dolor itidem generatur, quando concaui-
tas ex lapide grauata est, & circuntenditur, profertq; consensione dolorem in superficiem: quip-
pe quæ neruos sentientes habeat & membranam. In meatibus autem vrinæ, vt qui neruosi sint
& sensibiles, dolor fit sæuissimus. Dolor præterea vehementissimus fit in renibus, propterea
quòd eorum cauernulæ non sunt latæ, sed angustæ, & renes ob firmitatem substantiæ non dilu-
cantur vt vesica. Eadem causa, renum lapides magna ex parte minores sunt, æquales, & mollio-
res, vtpote qui diuturni non sint. Qui calculo laborant, his primo vrinæ sunt aquosæ: cũ enim
sit obstructio, ceu per cribrum effluunt, post arenosę. demum calculi excernuntur, cum dolor ces-
sauerit. Sicut in mulieribus parientibus ad fœtus egressum partes dilatantur: ita hic violen-
tia, renum substantia fatiscit, & egreditur lapis. cum ad renum cauitatem subit, in membrana,
quæ istic substat, quoniam facili sensu est, dolorem mouet vehementem: & multo magis cum
meatus vrinæ ingreditur, propter angustiam & sensum eorum. quantisper enim in renum cor-
pore sistitur, non multum solicitat, quoniam, vt diximus, eorum substantia sensibilis non est.
Sæpe nanque præ magnitudine in collo vesicæ detenti lapides in extremum periculum doloris
C acumine patientes agunt, nec vrinas sinũt excerni. Vidi ego quendam, cui per alias vias elapsus
in virilium extremitate lapis hæserat, minimumq; abfuit quin vrinæ difficultate, & dolore acu-
tissimo homo interiret, nisi angusto tandem forcipe eximere potuissemus, sectionem per lõgum
superne moliti. nam vrinæ meatum, nisi vrgeat magna necessitas, incidere non oportet, ne fiat
fistulosa pars ea, & vrina profluat. Inuenias tamen qui dolorem non habent, nec sanguinem min-
gunt, quibus meatus in renibus congesti non sunt. At tenues arenulæ haud magno negocio
quidem excernuntur: quod qui faciunt, nec ægrotare se putant, quando dolorem nullum sen-
tiant. Verum nihil est hac in re contemnendum, cum tempore omnia grauiora reddantur.
Lapides & arenulæ colore differunt, tum ob caliditatem, tum ob materiam: nam vt quidque illo
rum longiori tempore retinetur, ita rufum, flauum, rubeum, aut nigrum efficitur. Haud aliter &
à succis fiunt lapides & arenæ, colore vel sandarachæ simili, vel nigro, vel pallido, vel alio aliquo
colore pro succorum varietate. Fiunt autem lapides in concauitate renum, in eorum substantia,
& vbicunq; fieri commode possunt, aut parui, aut maiusculi: interdum pauciores, interdum plu-
res. Differuntq; magnitudine, figura, colore, asperitate, & multitudine. Nigros siquidem inue-
nias, & subalbos, & pallidos. Ac rotundi, lenes, & parui, facile excernuntur: maiores, vel aliter fi-
D gurati, & maxime oblongi & asperi, difficulter. Arenulæ vero prodeunt & egeruntur dum fiunt
lapides: cum facti sunt, haud fieri potest vt efferantur, quia in lapidem sunt coacti, nisi natura
ipsa vltro conterat & excernat, vel ars per medicamentum tritorium naturæ auxiliata, conte-
rat & euacuet ipsas. Nemo vero ignorabit colicum & renum affectum vnà plerunque incide-
re. Deprehenduntur tamen propriis signis: nam aluus exonerata colicis medetur: nephriticos
quoq; à principio mitigat. Et iam aliqui dederunt medicamentum quo aluus subducta est, & do-
lor cessauit primo, secundo, et tertio die, quarto prodijt lapis. Cum autem simul inciderint renum
& coli dispositiones, mutuo particulas communicant intensione & remissione: tenduntur enim
ob continuitatem partes haud aliter quàm funiculus: & neq; superne ructus vllus, neq; infrà fla-
tus quispiam exit.

Calculi & reliquorum renum affectuum curatio. CAP. 4.

SI renum affectus subito inuadat, & qui laborat cibo nuper refectus sit, cibiq; adhuc sint in-
cocti sicut ægrotus eos ingessit, aut semicocti, vel succorum multitudine corpus grauatum
habeat: oportet ante aliam curationem, vel potius mitigationem, nisi quicquam impedimento
est, vomitum prouocare. Mox si in intestinis excrementorum superfluitates fuerint, per idoneos
clysteres extrahere, modo nihil obstet. Postea si totum corpus plenum fuerit, considerare quis-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

nam humor ſit, qui ipſum repleuerit. Atq; ſi ſanguis is eſt, euacuationē inſtituere oportet, cum ni E
hil impedit: minorem tamen multo quàm plenitudo deſiderabat. Quid ita? quoniam lapidem
non planè ſtatim eximere poſſumus, potiſsimum cum magnus eſt: ideoq; oportet pleniorem ſan
guinis euacuationem cauere, propter conſumptionem, quæ tempore adhuc aliquo in corpore fu
tura eſt. Sin quatuor humores abundauerint, potius vena incidēda eſt ante purgationem, quàm
purgandum ante venæ ſectionem. Quoniam ſi per ſanguinis miſsionem corpus prius vacua
tum fuerit, purgans medicamentum exhibitum, venas & arterias, & inanes corporis regiones in
uenit non oppletas: quo fit, vt abſq; vllo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahēdum
ſuccos, facillimeq; fiat eorum euacuatio per vaſorum ſpatia & fuſionem tenuitatemq; ſuccorum.
Nam ſi vaſa ſanguine repleta ſint, & purgatiuum dederis: non poterit propter plenitudinem in
corpus differri: vnde fit, vt ſubſtet, & nihil efficiat: aut ſi quicq; facit, male faciat. Ex medico quidē
purgans medicamentum: Ex natura vero totum negocium pendet: hæc etenim à purgante medi
camento excitata, facultatē ſegregatricem aduocat, qua ſegreget inutilia ab vtilibus. ac vtilia qui
dem retētrix facultas detinet: inutilia vero expultrix facultas expellit. Non oportet autem ſimul
venam ſecare & purgare: verum prius ſanguinem detrahere, deinde virtutem pulchre refocilla
re. quoniam ipſa nos gubernat, & medicamentis auxiliatur. medicamenta enim per ſeipſa nihil F
efficiunt. ideoq; corroboranda virtus eſt, vt poſsit natura vti purgatiuis exhibitis ceu inſtrumen
tis, atq; quod decens eſt, perficere. Huc præterea accedit, q; vnà cum ſanguine multum è vitali ſpi
ritu excernitur: quo excreto refrigeſcit totum corpus, & opera naturalia deterius obeuntur. Ea
propter virtutem prius refocillare oportet, deinde medicamentum purgans exhibere. Sed quia
affectus renalis eſt, & materia, ex qua lapis generatur, craſſa, materiamq; craſſam ſurſum reuelle
re promptum non eſt, magis vero ad ipſius lationem ſpectantibus deorſum vacuare expeditum:
ob id ſi valida ſit virtus, venam quæ in poplite eſt, aperiemus, vel quæ ad malleolos: ſin imbecil
lis, venam quæ eſt in cubito. nam ſi virtute debili infra euacuabimus, retentrix facultas, quæ eſt
imbecillis, non retinebit: ſed vniuerſa in præceps rapietur, & partem aſsiduo defluxu impetet,
ſuccis videlicet in locum imbecillem perpetuò procumbentibus. Quapropter cum firma virtus
eſt, conuenit ex vena, quæ in poplite eſt, ſanguinem mittere: cum debilis ea eſt, reuellere ad ſupe
riora. Quam vero ob rem? Ne materiæ plus in renes deriuetur. Hinc eſt quòd cum cibaria, pi
tuitam, & ſuccum vomitu euacuauimus, tranquillitas quædam fiat & leuatio. Ejicitur nanque ci
bus & pituita, quæ ventriculum grauant: à ventriculo autem renes ſtringuntur & vrine meatus.
quo fit vt grauior ſit oblæſio. Sunt itaq; primum iſta diluenda, quæ ſtomachus excipiens ceu de- G
bilior diſtendebatur & premebatur: quibus euacuatis leuatio ſequitur, nondum tamen perfe
cta liberatio. Vacuamus etiam per clyſterem excrementa: ne colo & reliquis inteſtinis conſtri
ctis atq; grauatis, vnà quoque ren laborans ſtringatur prematurq;, atq; ſic amplius doleat. Quod
manifeſtum eſt, quia ſtercoris obſtructione renes plerunq; exaſperari compertum ſit, enematis
iniectione renalem dolorem eſſe mitigatum: vel q; ab ea vacuatione ren aliquis non ſit amplius
compreſſus: vel q; ex ſtercore nulli poſtea flatus prodierint: q; in renes impingentes, ipſos vt im
becilles comprimunt & extendunt. Sed neq; ſanguinem, neq; alium ſuccum plus æquo relinqui
in corpore par eſt, ne multa hinc renis vaſa diſtenta plus doloris concitent. Quæcunq; enim vel
dolent, vel calent, vel extenduntur, per vehementes & acutos dolores, ad ſe materias accerſunt.
Proinde doloribus ſiue repente, ſiue pedetentim in renem incurſantibus ex commemoratis iam
cauſis, illico, niſi quid prohibeat, aluum decocto aliquo eluemus, caricarum, fœnogræci, ariſtolo
chiæ, & ſimilium. ac, ſi vacuatum ſatis eſt, bene vertit: ſin minus, bis, ter, aut amplius vacuandum
enemate eſt, ſed ex eorum decocto quæ conducibilia ſunt, & familiaria naturę ægrotantis, ne an
gantur grauenturq; renes & viæ vrinales. Poſteaq; autem aluus ſatis excreuit, injicieda ſunt, quæ
vrinæ vias dilatare, renes laxare, calculum deprimere, & morſus mitigare queant. vtilis ad hæc H
materia eſt oleum anethinum, in quo eliquatus ſit gallinaceus adeps quàm recens: maximopere
vero phaſiani adeps, vel butyrum recens, aut ſimilium aliquid. Quæ ſi in promptu non ſint, fœ
nogræcum, & altheæ vel radicem vel ſemen, aut ſimilium aliquid decoquentes oleo injiciemus.
Nam hæc oĩa vias dilatant, & lapides deprimunt, necnon doloris vehementiā mitigant. Sed ho
rum vſum frequentius aſſequitur is, qui exploratum habet naturalium facultatum firmitatē: im
moderata nanque emollitio & laxatio virium robur exoluit: quod ſolatur, & perfecte curat vni
uerſum dolorem. Poſt vomitum autem & enemata, conferet locum qui affectus eſt, fomentis hu
mectantibus & relaxantibus delinire, quātiſper lapis in rene hęret: vt interim tamē curemus, ne,
vt dictū iam eſt, ijs abutamur. Huc faciunt etiā cucurbitulæ, quæ ſæpe lapidē celeriter adeo trans
ferūt, vt ſubitam eius mali leuationem poſsint comparare, lapide nimirum in locum ampliorem
translato. quapropter ſupra à renibus initium faciendum eſt, procedendumq; ad inguina p obli
quam ilium poſitionem, quo loco frequenter dolores incedunt: quod cum inſtitueris, nihil eſt
vtilius q̄ partes eas in laborantibus prius calfacere, poſtea cucurbitulas admouere: alioqui lapis
ſicubi maior fuerit inuentus, arctius figitur: cumq; violentius vrgeatur, nonnunq̄ periculū haud
mediocre doloribus accerſit. quare fomentare iam nominatis inſeſsionibus proderit, ſi mali cō

municatio

A municatio ad pudenda vſq; proceſsit, atq; id cum fœnogręco, althea, ſemine lini, anetho, gummi,
& ſimilibus, aqua diligenter incoctis & dulci oleo infulis. Conducet etiam emplaſtrum ex triti
cea farina, aut hordeacea cum lini ſemine, & fœnogræco, & melle, & oleo anethino, & glaucino:
quæ cum decoctione prædicta elixabimus, inſpergentes in ipſa cataplaſmatis ebullitione, radicē
altheæ pulcherrime tuſam, & cribro diſcretam, terebinthinamq; reſinam cum deſinit feruere de
coctum, aliquibus adiectis ſeminibus, quę flatus diſcutiunt, ſiquam ſubeſſe inflationem intellexi
mus, vt ſunt anethi & apij ſemina, fœniculum, liguſticum, & alia id genus, pro laborantis tempe
ramento. Fiet autem cataplaſma optimum ex lupini farina decocta cum muſto, ſi à decoctione
peucedani radicem minutiſsime leuigatam admiſceamus & chamæmelum. Bonum etiam fuerit
panem muſto incoquere, & cataplaſma inde lumbis imponere & ilibus. Nec minus proderit ve
ſicam & partem ſub vmbilico cataplaſmate confirmare ita, vt crebra permutatione alia atq; alia
ſubinde admoueamus, priuſquam refrigeratum ſit primum quodq;. Sin illud non liceat, tepefa
ctorio poſſumus alio, ne refrigeſcat, quod impoſitum eſt, fouere: quod fiet ſi pro fomento cata
plaſmati aquam calidam in vaſe teſtaceo vel æneo imponamus. Poſt alui vero & ſupra & infra, ſi
cut diximus, euacuationem, phlebotomiam, purgationes, fomenta, inſeſsiones, ſi dolores adhuc
B perſeuerent, vti lotionibus conuenit dulcium aquarum. Aliqui enim vel ante venę ſectionem &
reliquam curationem, balnea admiſerunt, propter doloris immanitatem: Aliqui, ſi nihil eſſet, qđ
vrgeret, poſt ſanguinis miſsionem & curationem reliquam. Balnea ſanè humectant & calefaciūt
cueſtigio: calida liquidem aqua lenitionem affert cum calefactione: In quam tamen qui frequen
tius ſe dimittit, ineſcatus lenimento doloris, quod lotio præſtat, corporis vires exſoluit: quarum
eſt, quicquid corpus infeſtat, propulſare. Eam ob rem cū ceſſauerit dolor, auferenda balnea ſunt,
& fomenta adhibenda: ſed ex medicamentis, quæ patientis naturæ ſint accommodatiſsima. Cęte
rum ſi exceſſu doloris homo periclitetur, commodius erit ſtupefacientibus ſuccurrere: nam ali
ter ea nunquam vſurpes, quippe cum dolorem non ſedent, ſed ſua temperatura ſenſum auferant,
ipſumq; fallant: quæ diſpoſitio poſtea multam cum requirit. Quòd ſi ſpiritus aliquis craſſus, qui
vnà cum calculo morbum exaſperet, ſuſpectus nobis fuerit: prædictis fomentis & cataplaſmatis
admiſcebimus, quæ digerendæ inflationis naturam habent, ſicut rutam, anethum, nigellā, & hoc
genus alia, diligenter attrita, poſt perfectam ebullitionem. Sed eadē ad fomenta & enemata aquę
incoquimus abſq; contuſione. Verum ſi omnibus his peractis adhuc lapides fixi permaneant, à
multis cibis atq; potionibus laborantem abſtinebimus, & ijs, quæ ipſius naturæ ſunt minus con
C uenientia: ne venter repletus, grauatus, inflatusq; ciborum ſuccorumue aut flatuum copia, reple
tione hac renes premat, & violentia proſequatur. Sint vero quibus vtitur omnia modica, & labo
rantis naturæ tum qualitate, tum quantitate accommoda. Veruntamen ſi laborantis natura cali
dior eſſet, & ſitis vehementior, vacuato prius toto corpore & ab excrementis repurgato, ſi qui fri
gidam bibere eſſent conſueti, & phlegmone nullum viſcus laboraret, nec eſſet imbecille: frigidā
ſæpe copioſe exhibuimus. renibus ita corroboratis, eueſtigio lapidem impactum expulerunt. In
corporibus autem plethoricis, id eſt quæ ſuccorum quatuor multitudine æqualiter redundant, &
excrementoſis, & in quibus viſcus aliquod debilitate affectum eſt, & ea ſorte alijs, frigidæ potio
nem cauere cōuenit. Cæterum ſi & poſt hęc omnia, quæ diximus, lapis adhuc firmiter reſiſtat, vtē
dum eſt medicaminibus quibus conteratur, quæ tepidam facultatem habeant. Nā calida vrinam
prouocantia indurant lapidem: quæ vero tepidam virtutem habent, paulatim comminuunt lapi
dem, nec eum duriorem reddunt: eiuſmodi ſunt damaſonium, petroſelinum, polytrichon, & his
ſimilia. Sed forſan dubitaret aliquis, quomodo lapidem poſsint comminuere, quę tepidam facul
tatem habent: Cui nos reſpondemus. Lapis ille cum ab intemperie & valido calore ſit factus, ob
id merito exhibemus, quæ virtutem tepidam obtinent, vt quæ contraria ijs ſint, à quibus lapis eſt
D effectus. Sic enim multo tempore attenuamus, conterimus, & ſuperamus ipſum. Quippe tepida,
ceu minus calida, ſunt valde calidis contraria. Diureticis ergo & valde calidis vti non poteris, ne
craſſam materiam eo pacto indures, & in lapidem celerrime commutes. Cū vero lapis nondum
conſtitit, neq; magnus eſt, ſed tantum obſtructio ſit ab arenis, vel craſsis & tenacibus ſuccis: tunc
calida ſecure porrigas, & quæ obſtructiones aperiant, haud veritus vt lapideſcat materia. Cū nāq;
arenæ ſint, quæ obſtruunt, ſi porrigas, quæ aperiant, & calida, qualia ſunt, medicamentum ex ani
ſo, ex pipere, apium, phu, & ſimilium aliquid: euacuabis & diſſolues eas.

De ratione præcauendi ab affectibus renum. CAP. 5.

AD prædicta vero breuiter delibandum eſt, quomodo quis ſe à lapide præſeruet, ne qui iam
curati ſunt, eos noua lapidis generatio rurſus perturbet. Quoniam autem eorū qui calcu
lo infeſtantur, ſanabiles ſunt alij, alij minime: In præſeruando maximi ſunt momenti ciborū mo
deratio, & bonæ coctiones. Satietates enim & cruditates hunc morbum non exacerbant modo,
ſed etiam pariunt, vbi nullus erat. Quapropter nihil eſt feruens ingerendum, quod renes poſsit
& veſicam calefacere. Nec minus cauendum à cibis eſt, qui duram ſubſtantiam habent, & q ægre
diuiduntur: quiq; ſubſtantiam habent pleniorem, & qui multum nutriunt, tum qui celeriter in
corpus diſtribuuntur ante perfectam concoctionem: item qui innatant, difficulterq; deſcēdunt,

&

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

& inflant,ac vias oblimant,aut aliter corporibus adhærescunt pertinacius.Nam ventriculus talibus alimentis grauatus,cruda hæc ad iecur & renes detrudit:incoctū autem alimentum à ventriculo confertim illuc expulsum praue excolatur,atq; cum tumultu semel atq; iterum per renes trā siens, in lapides concrescit ob renis diuturnam percussionem. Sed ad victus rationem transeamus. Vinum itaq; sit tenue admodum & album,non valde vetus:dulcia vero & nigra vina calculosis sunt inepta.Aqua vero in vniuersa victus ratione sit purissima & purgata:nam fluuiales,palustres,& omnes aquæ stagnantes, quæq; segniter fluunt,& non commouentur, omnes generare lapidem possunt.Atq;,vt paucis de omni victus ratione præcipiam,in frigidis & carnosis,dicta sit planè extenuans: in calidis & gracilibus media sit inter extenuantia & crassefacientia. Ab aliorum omnium saturitate cauere conuenit,& præcipue dulcium, & caseaceorum nutrimentorum,& crassorum,& tenacium,& pinguium. Cruditatemq; ideo aduersissimam esse putandum est:in quam si calculosorum aliquis incidat,somno diutius aut quieti prorsus indulgeat: præcordiaq; propriis manibus calfaciat,donec concocta rite omnia sint, & infra subsidant. Locis temperatis & in aere puro fiant exercitia ab his quibus liberum tempus est. Irascantur interdū. Deambulationes & exercitia laborantis naturæ conueniant,est enim desidia in primis noxia. Sit aluus soluta assidue,modo ne instet aliud quippiam.cum nanque hæc probe excernit,vrinæ profluent libere. Vnctionibus si oportet vti,quando oportet vti,sint quæ contra locorum iniuriam queant corpus communire:vt sunt rubrificationes,dropaces, & quæ ex sinapi fiunt.Aquarum etiā spontе natarum,vsus prodest,cum nihil prohibet. Considerare etiam accurate debes de sanguine mittendo cum tempus adest,si corpus sanguine plenum videatur.Exundans enim nisi euacues,confluet in partem imbecilliorem. Sed purgatione vti præstiterit in his qui malis succis sunt repleti. nam eos qui inordinate degunt, & succum crudum in superiori ventriculo multum colligunt, à cœna frequenter vomere facito,nisi sit quamobrem prætermittant.Post prouidentiam, quæ toti corpori adhibetur, offerre conuenit medicamenta, quæ renes purgent: sicut quæ obstructiones aperiūt,quæ vrinas crassissimas,viscosas,fœtidas,& multas,à venis,renibus,vrinę meatibus,atq; vesica educūt:quo numero sunt radicis carduі decoctū,& alia prædicta. Sæpe etiam magno vsui sunt,quæ vrinā mouent. Hæc vt omnes homines communiter moneremus, nō vt exquisitam disciplinam traderemus,sunt à nobis exposita. Quamobrem tibi gratia est habenda,quoniā per te sunt omnia tradita. Porrò constat ab vnicę dispositionis indicatione,pararі perfectam & exquisitam curationem non posse: sed indigere nos aliis adhuc, quæ ab eo genere non sint aliena: hinc est,quòd commonefacere de illis etiam aliquid operæpretium putemus. Variatur enim medicatio pro diuersis causis,ætatibus, locis,anni temporibus habitibusq; & dispositionibus, moribus & consuetudinibus,temperamentis,sensus facilitate & difficultate,partium differentijs,positionibus,aliisq; id genus compluribus. quamobrem opus est optimum medicum diligenter id nosse,quod secundum naturam est.Qui nanq; id,quod secundum naturam est, exquisite perspexit:celerius cognoscet id quod est præter naturam. Neq; enim prædictæ causæ solummodo medicationē variant,sed propriį quoq; naturarum modi,propter quos medicamenta, vel plurimum probata sæpe nihil conducunt atq; fallunt.quapropter obseruare conuenit. Et nisi curationi obtemperent, vel ob naturæ proprietatem, vel affectus apparatum,vel aliud quippiam:his relictis, ad alia quæ vtilia planè sunt,transire necessarium est. Id quod faciendum non tantum in medicamentis est,sed & alijs omnibus tum auxilijs,tum viuendi institutis. Verum memoratas hic proprietates,aliaq; complura, quæ dicta non sunt, non omnes qui ad medicinæ sacraria accesserunt (licet sint alioqui argutissimi) sed qui semper ægris assistent,& explorabunt naturæ motus, assequentur. Proinde si ob latentem aliquam & propriam causam, artificiali cuiusquam cōiecturæ, medicamenta non respondeant, oportebit propter vrgentem vehementiæ necessitatem, ad ea quæ veteres obseruatione tradiderunt, & quæ à tota substantia operantur, descendere:Ea dico, H quæ experimento,& exercitatione irrationali sunt reperta: quod genus sunt passer troglodytes, leporina pellis combusta,sanguis hircinus,& alia infinita tam simplicia,quam composita medicamenta.Quorum multa abominanda sunt,quæ exercitatio irrationalis inuenit:vel natura,vel fortuna quadam,vel obiter nō data opera,vel imitatione, vel insomnio,vel oraculis, vel traditione, vel alijs quibusdam,ex quibus empirice constat.Quæ omnia cum ratione indiscussa nostro tempore sint,nō ponemus magnam in eis fiduciam,quia modum vtilitatis illorū ignoramus. Quòd si aliquādo cogente aliqua necessitate adhibeamus, non debemus his abuti, ne quemadmodum absq; comperta & manifesta causa iuuarunt,ita vicissim offendant. Qui nanq; volet esse præclarus medicus, & ratione quæque, non temere agere: circa qualitates effectrices, & operationes debet versari,& in eis fiduciam ponere: quippe qui sic methodo compertum habeat calidi & frigidi,humidi & sicci effectus,item acerborum, austerorum, acidorum,dulcium,salsorum,amarorum,acrium,& omni qualitate carentium.nec ignoret, quem effectum præstent, quæ crassarum sunt partium,quæ tenuium,quæ obstructiones aperiunt,quæ attrahunt,quæ emplastica sunt, & alia quoque sigillatim.Enimuero vt plurimum ratio constat lapides conterentis materiæ,has vti magis decens est,quam quorum ratio cognita non est,veluti damasonio,petroselino,polytricho,

&

& similibus his virtute,quæ probatiora etiam eo sunt,quòd tepida facultate constent. Verum si tandem casibus ita deploratis,& hæc frustra admoueris, non absurdum erit nos Christianos (sic deo rem committas)ad maxima nostra & vere arcana confugere,quibus,id quod & credo & confiteor,non corporis solum affectus,et à quibus omnes medici desperarint persanari:sed oēs etiam aī passiones funditus extirpari.Reliquū sermonē ad te peculiariter, tanq; hypothesim cōuertam.

De alimentis quæ calculorum morbis conueniunt. *CAP. 6.*

CVm multa sint,quæ restaurare sanitatem possunt, mihi ab alimento necessario incipiendū videtur:nam alijs auxilijs non semper vtimur,sed alimento carere nullum animal planè potest,siue valeat,siue ægrotet. Quoniam vero tutior est & compendiosissima via ad affectus leuationem vnica victus ratio:quandoquidem aliorum medicamentorum abusus & permutatio, sicut comperi,multis sæpe non leues morbos pepererunt:tu animæ meæ sol, qui calidius es & humidius temperamentum sortitus,& ætatem puerilem,viresq; nō ita robustas, habitum gracilem & rarum,& facilem insuper ad percipienda incommoda sensionem:Ob temperaturam, ætatem, habitum,& raritatem,assumere debes horum qualitati similia in nutrimentis ciborum & potuū, & quæ valeas concoquere:Ob debilitatem autem virtutis pauca,& eo sæpius:pauca quidē,debilitatis virium gratia,nā onus ferenti conueniat oportet:sæpius vero,quia necessitas vrget.Athletæ enim,viatores,milites,& omnes qui valida exercitia obeunt, modo valeant inculpate,astinere à nullis debent,vel cibis,vel potibus,quæ ad manum sunt,vel quæ occasio præstitit,quia vti ijs oportet,quæ est necessitas elargita. Quibus non solum viuere ita licet,sed & his qui negocijs vrbanis plurimum distrahuntur,†ξ & patroni aut vindices propugnandis clientibus negocioſius degunt.} Tu vero,qui nunc tui iuris es, hyeme comedes plurima. plurima dico non ad tuas vires, sed aliorum anni temporum respectu. Quemadmodum & Hippocrates artis nostræ princeps inquit:Æstate & autumno cibos difficillime ferunt: hyeme facillime. ver secundo loco est. Idem rursus alibi ait: Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura, & somni longissimi. In his itaq; temporibus alimenta plura tribuenda sunt:siquidem calor innatus multus est, ideo pleniori alimento indigent.Indicio sunt ætates & athletæ. Bibes autem aliorum anni temporum comparatione minimum.Debetq; potus esse album & tenue vinum, quod admodum vetus non sit. Sed & obsonia hoc tempore assa debent esse vt plurimum. Vtendumq; oleribus & leguminibus tum parcissime est.Et hæc omnia magna ex parte calida & sicca non propter temperiem ætatēq; tuam assumes:sed propter intemperiem,quæ ex anni tēpore frigida & humida est. Post vbi ver aduenerit,potus vberior,dilutiorq; parum conducet,& esculenta molliora paucioraq;. Quin & obsonia ex assis ad elixa commutabis,oleraq; nonnunquam assumes.Verum ad hæc ab illis non subito,sed paulatim tibi transeundum est, ne vniuersa illa & subita mutatio comparet offensam: sicut traditum ab Hippocrate est. Plurimum atq; repente euacuare,vel replere,vel calfacere,vel refrigerare,siue quouis alio modo corpus mouere,periculosum: quoniam omne nimium est naturæ inimicum:quod vero paulatim fit,tutum est,cum aliàs,tum vero cum ab alio ad aliud transitur.Vberiorem vero & aquosiorem potum præcipio:non plurimum,neq; aquosissimum. Plurimum enim & aquosissimum æstate bibitur,quod tempus hiemi planè cōtrarium est. Ver autem sicut medio loco est inter hæc duo extrema, ita mediam quoq; rationem viuendi requirit. Hæc autem viuendi ratio tibi conducit non ob anni tempus solum, sed ob tuam etiam temperaturam atq; ætatem.Et hunc in modum,verno tempore te geres.Alijs autem anni temporibus paulo diuersius,non propter ætatem tuam & temperaturam solum,sed & anni temporum intemperiem. Sicut vero anni temporum differentiæ non eandem victus rationem demonstrant, ita & corporis habitus.Carnosos siquidem & molles,frigidosq; & humidos, vt plurimum siccius alimētum confirmat:Qui contrario modo se habent,contrarium. Tibi itaque,quia medio es & temperato habitu,maiori tempore victus ratio temperata conuenier. Quæ nanq; secundum naturam sunt, vt plurimum similibus indigent:quæ præter naturam,contrarijs.Puerorum temperamentū calidum est & humidum,cum non possit auctio & conformatio in alia temperatura fieri,quàm puerili.Ob hoc igitur similia te oportet & multa nutrimenta vsurpare,vt multa & varia concoquere assuescas.Quippe hac ratione natura ventrē & iecur ampla & capacia formabit; & alias vnà oēs partes.Quod siquando tibi plus humiditatis q̄ pro sanitate conueniat,aderit, siccari tamen nō vt alij debes:propterea,q̄ auctioni nihil æque aduersetur ac siccitas. Hac de causa vitanda tibi sunt quæcunq; exiccant,calefaciunt, & extenuant. Atq; hic modus est quo vitam instituas, vt tua natura valeat inculpatius. Senes aūt propter membrorum quidem duritiem, frigidi sunt & sicci: propter excrementa vero frigidi & humidi. Itaque ipsi partium quidem solidarum frigiditate, contrariorum contraria postulabunt(nempe frigiditatis calefactionem) in cibarijs poculentis & reliqua viuendi ratione:euacuationem vero illis ipsis accōmodam, propter eadem excremēta.In his paucum nutrimentum desideratur,ob virtutis imbecillitatem,id quod est ab Hippocrate traditum. Qui crescunt,plurimum habent innati caloris ineſt,paucis propterea fomentis indigent. Et pus absumitur.Senibus vero parum innati caloris ineſt,paucis propterea fomentis indigent. Et rursus:Senes facillime ieiunium ferunt. Panes differunt materia,fermentatione,& ratione coquendi.

† κελ τῶ καλου μένω περισατικῶ βίω. Secunda 39. h.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quendi. Materiæ differentiæ sunt quatuor: ac primus quidem σιλιγνίτης græce, id est siligineus, E
nominatur. secundus σεμιδαλίτης, latine similagineus dicitur. tertius ἀντόπυρος, quem συγκόμισον
quoq; Græci nominauerunt, quod ex farina vniuersa comportata, non discussis furfuribus, con-
stet. quartus πιτυρίας, ac si furfuraceum diceres latine. Horum nos incommoda atq; effectus edo
cebimus. Plurimi est alimenti siligineus, qui & diutissime in corpore moratur, & efficacissimus
est. secundum locum obtinet similagineus. inferior his est syncomistos, ita vt haberi medius pos-
sit. oibus infirmior ē furfuraceus. Tibi vero, vnicū mihi caput, cū vales, cōmodissimus siligineus
est: cū renū morbus infestat, qd' nolim, dum laboras ab hoc abstine: & si te moueat edendi deside-
rium, furfuraceis vti medijsq; tuto poteris. Nam conducibilius tibi esse genus hoc potest, nisi, p-
hibeat aliquid, quia pauci nutrimenti est, & in ventre facit excrementa, quibus ad excretionē de-
scendit expeditius: altringitq; nō nihil ex furfuris natura, quamobrem ocyus dejicitur, intestinis
ad expulsionem irritatis. Quando in hoc affectu nihil perinde conducit, atq; ventrem semper le-
nem & solubilem habere: cum enim probe is subducitur, vrinæ possunt puriores proferri. Panes
reliqui, maximeq; siligineus & similagineus, contrario modo aluum retinent, quia difficulter se-
cernuntur. Et hinc est, quòd iecoris & renū obstructiones pariant: tametsi alibiliores sint & ma-
gis corroborant. E volucribus laudantur, quæ mediam quandam materiā præstant extenuan- F
tium & crassefacientium: vt sunt perdices, attagines, galli, gallinæ, columbæ, phasiani, passeres, &
ante alias, quæ turritæ nominantur. hæ nanq; habent naturalē efficaciam. E terrestribus opti-
mi succi est caro suilla, & hominibus maximopere familiaris, maximeq; tum nutribilis, tum cor-
roborans: sed glutinosum quiddam habet & crassum: ob id qui diutius ea victitant, iecoris & re-
num obstructione corripiuntur: eoq; longiori ab ea interuallo abstinendum. Paruorum autem
porcellorum carnibus si parum, & assidue vtaris, nihil offendent. Ceuinam carnem vitabis, qp-
pe, quæ dura sit, concoctu difficilis, & melancholica. Ouilla carne vtilius est ex interuallis vti, q
excremētosa sit & mali succi. Agnorum vero hœdorumq; carnibus quoties libitum fuerit, vte-
ris. Ex aquatilibus animalibus, pisces qui saxatiles nominatur, erunt tibi comesti vtiles: erunt
etiam gobij, muli, chartilagineorum genus, alijq; qui generare bonum succum possunt. Ad hæc
marinorum aliqui, & qui mollem testam habēt: Astaci, paguri, cancri, carabi, & carabides, & qui-
bus dura testa est. De fructibus autem quid dicam? neq; enim nobis ceu alimentū idonei sunt
pleriq; ipsorum: sed ceu medicamenta, quæ stomachum & ventriculum corroborent, assumūtur.
De cibarijs hactenus. De potu autem dicendum nunc est, & vino potissimum: nam alij liquo-
res vel ad nutritionem nihil conferunt, vel aduersantur etiam nutritioni pleruncq;. Vinū vero so- G
lum nutrit, quoniam plus habet ad nostra corpora familiaritatis, quàm alij humore oēs. nam oleū
& mel habent quidem & ipsa aliquid conuenientiæ nobiscum, sed non tantum, quātum vinum.
Sunt tamen vini differentiæ quibus discernatur: inter quas prima est, quā color exhibet: Secundā
præbet degustata qualitas: Tertia consistētię debetur: Quarta in odore est: Quintam viribus me-
timur. De quibus omnibus sigulatim disserere superuacuum erat: dicendumq; est, quodnam ti-
bi vinum peculiariter conducat. Aliud etenim alij vinum confert, idemq; rursus alij minus. Tibi
vero conducit tenue & album vinum, quodq; parum aquæ sustineat. Nā eiusmodi vinum facile
descēdit, & succos qui sunt in nobis attenuat, & excernit per vrinas, virtutemq; corroborat. Alia
vina tibi non conferunt, sicut in alijs vtilia sunt.

De aqua, exercitatione, & lotione. CAP. 7.

NOn videtur ab re, de aqua paucis hic sermonem facere. Aqua tam sanis, quàm ægrotanti-
bus commune solatium est, & maximopere necessaria, quòd mundanorum & singulariū
elementorum hoc vnum sit, ex quibus vniuersis tota nostri corporis constitutio est conflata.
Quamobrem de ea fuero haud ociose dicturus. Aqua purissima tribus sensibus iudicatur, gustu,
visu, olfactu: Gustu, si nullam planè qualitatem præ se ferat, sed videatur ab omni qualitate immu H
nis: Visu, si pura, syncera, & exquisite clara: Olfactu si eorum nihil insit, quæ in aquis vitiosis esse
olfactus testatur: vt sunt aciditas, putredo, acredo, salsedo, aliquodúe aliud vitium, quod nomine
careat. Qua tu autem commode quouis & tempore & modo vti possis aqua, sit purissima defæ-
cata, leuis, & fontana, cuius natura est frigida. ep si etiam cito à præcordijs descendit, potiorem nō
desiderabis. Haud vero sicut vino, cibis, exercitijs, vigilijs, & somno, secundum ætatum & tem-
peraturarum diuersitatem alijs atq; alijs vti commodum est: sic etiam aqua nō eadem semper vti
est ex vsu: Immo quam vtilem esse modo diximus, ea vti audacter poteris, & puer, & adolescens,
& senex, quacūq; naturę differentia sis præditus. Quoniā vero aqua vna plus alia frigida reperit,
hac de causa non omnibus prodest aquæ frigidæ potu indifferenter vti: verum supra modum ca-
lidis, pinguibus, & carnosis siue naturali habitu siue acquisito, & his qui se vehemēter exercent,
quiq; consueuerunt frigidam potare, innocua est si frigidā bibant. Quòd si aliter aliqui se habeāt,
minus bibant ex ea. qui vero iuuenili sunt ætate, & in rebus ciuilibus versantur negociosius, quā
vt exerceri ordinate & victitare queant, fontanam sument, relicta niuali aqua. Hæc nāq; tametsi
iuuenilia corpora mox offendere non videtur, noxa videlicet, quæ paulatim increscit, non perce-
pta: tempore tamen procedēti, cum ętas declinat, difficulter sanabiles aut incurabiles planè mor-
bos

A bos inducere nata est, in neruis, articulis, & visceribus. Quam offensionem pars aliqua corporis
percipit, quæcūq; debilissima est natura. Quam ob rem vti debes fontana, & ea defæcata, de qua
plus assumas, quàm de vino. Ac de aqua quidem breuibus hactenus. Tempus nunc est, vt de
exercitationibus verba faciam. In quibus corpus contentiosius mouendum non est, donec vide-
licet vires succumbant. nec imperfecte exercitandum, vt membra perspiratione non satis distra-
hantur: sed vt viribus cuiusq; proportione respondeat. Quippe vehementia relatione ad aliquid
est: quo fit, vt dimotio eadem alij sit exercitatio, alij minime. Vtile est igitur quēq; id exercitatio-
nis genus eligere, cui est potissimum assuefactus: nec pugilum, cursorum, & luctatorum exercita
tionem subire. Ab exercitatione vero tria in primis commoda prouenium: nam instrumentorū
duritiam, dum inuicem conflictantur, & innati caloris incremētum, concitatioēq; spiritus mo-
tum efficit: Quæ tria vniuersæ commoditates aliæ singillatim sequuntur: Instrumentorum nanq;
duritiam sequitur firmitas, atq; immunitas ab iniurijs, quæ vndecunq; in corpore expectantur:
Augmentum caloris sequitur fortis alimenti distribuendi attractio, & promptior alteratio, & cō
modior nutritio, & excrementorum fusio, per quam dura quidem membra molliuntur, humen-
tia vero extenuantur & digeruntur, meatusq; totius corporis dilatantur & patescunt: Ex valido
B autem spiritus motu eosdem meatus purgari necesse est, & euacuari superflua excrementa. Cum
vero nobis ab exercitatione commoditates tantę accedant, commodum earum vtendarum tem-
pus inuenire difficile non est. Nam cum alimentorum distributionem adiuuent, nullam oportet
multitudinem crudorum, neq; ciborum, neq; humorum, vel circa ventrem, vel mesaraicas, vel ie-
cur, vel reliqua vasa contineri, quia periculum esset, ne effunderentur ad omnes corporis partes,
priusquam concocta fierent nutritioni vtilia. Et quia meatus expurgant, euacuantq; superfluita
tes, melius est ante cibū eas instituere. Corpora enim non pura (inquit Hippocrates) quanto ma-
" gis nutries, tanto magis lædes. Quare ex prædictis clarum est, hoc tempus exercitationibus ad-
" modum conuenire. Illud præcipue curandum in quocunq; exercitationis genere, vt fiat in loco
salubri & aere puro. Sed hæc de exercitationibus dicta sufficiant. Crebris autē lotionibus vte-
re, temperatis & breuibus, nō propter ægritudinem, sed quod ad auctionem tuam, nutritionem,
conformationemq; faciant. Cui rei optimum erit tempus, cum nutrimentum hesternum perfe-
cte concoctum est & subsedit, aliaq; iam nutrimenti necessitas impendet: item cum & in iecore,
& venis celebrata concoctio fuerit. Id quod sciet medicus qui tibi assidet, & tui perpetuo curam
gerit. Nempe ventris exquisitam concoctionem ex deiectionibus: Iecoris & venosi generis ex
C naturalibus vrinis. Vnde constat tibi à cibo lauandum non esse, ne obstructio circa iecur & re-
nes eueniat. Cauebis etiam vini assumptionem protinus à balneis, nam vino caput tentatur: vt
conducibilius sit primo temperatam aquam assumere. Igitur non frigidæ aquæ, non vini, nō zy-
thi, vel siceræ potus mox cum laueris, damno carebit: quippe quæ & ipsa ventriculum, iecur, &
neruos offendant: si non temperie, cōtactu saltem. Profuerit insuper tibi non statim vbi à somno
surrexeris lauare, sed aliqua dimotione interposita: nōnunquam etiam mediocri exercitio. Nam
exercitia moderata atque idonea, tuæ naturæ sunt vtilia, quod concoctionem, sanguificationem,
& nutritionem meliorem operentur: & ob id ad bonum habitum, idest eutrophian, & ad vi-
rium robur, & ad perfectam tertiæ concoctionis actionem conferunt. Sed de his hæc quoque
sufficiant.

Ordo vniuersæ curationis ante traditæ. CAP. 8.

PRroinde si te calculorum passio repēte inuaserit, si cibum nuper assumpseris, & nauseā præ
sentiscas: totum euomito, siue id naturaliter facias, siue arte adiutus, vtrocunq; modo visum
tuo medico fuerit: postea somno te committes. Cumq; aliqua in aluo indurata iam excrementa
hærere suspicatus fueris, clystere hæc nisi quid prohibeat, vacuentur. Quòd si dolor intolerabili-
D ter affligit, in aquam calidam te dimitte. Veruntamen ne ipsa, sicut paulo ante ostendimus, abuta
re: nam calida perfusio dolorem mitigat quidem, sed vires etiam exsoluit, quæ morbi causam, &
quicquid in corpore inutile est, discutiunt. Post vomitus & enemata, fomentis & emplastris labo
rantem particulam delinias: atq; id ex medicamentis, quæ naturæ ægrotantis conueniant. At si
lapis defixus in rene subsisteret, acetum, saccharum, acetum scilliticum, & quæ lapidem simplici-
ter conterunt, assumere oportet, sicut est decoctum radicis graminis, damasonij, adianthi, polytri
chi, & similium. Quæ si inefficaces videantur, ijs quæ lapidem frangūt vti poteris, quales sunt re-
galium asparagorum radices, bdellium ex Arabia aduectum, semen altheæ, milium solis, betoni-
ca, saxifragia, pulegium, capparis ægyptiæ radix, domesticarum ficuum semina, & quæ istorum
viribus sunt propinqua. Quòd si aliquo pacto ne hæc quidem proficiant, vtendum putarim me-
dicamentis, quæ lapidem potenter frangendi virtutem habeant. Potenter vero diuidunt lapidē,
lapis Iudaicus (& si calculum in renibus fixum est masculo: sin in vesica hæreat, & ob magnitudi-
nem excerni haud possit, fœmineo lapide vtaris. Nam masculus, lapidem qui in renibus est fran-
git: fœmineus, qui in vesica) vitrum combustum, lapis cappadox, & paliuri semen. Hæc sunt, quæ
calculum violentius frangunt. Si vero crassus succus in corpore subest, & vrinarum crassarum
euacuatione sit opus: crassam vrinā agunt cardui radix, rubia, & similia. Quòd si frequentes vri-
nas

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

nas ducere opus fuerit, frequentes vrínas ducent acorus, paſtinaca, aſſarum, ammi, & ſimília. E
Quòd ſi natura in deponẽda vrina pigra fuerit, ipſam excitabũt ſcordium, chamædaphne, bryoniæ cauliculi, & quæ víribus ſunt ad hanc rem paribus. Quæ vero mouendæ vrinæ naturam habent, ea periculoſius lapidem pellunt: temperatura nanq; ſunt acri, & ob id calida & ſicca, inſuperq; naturæ colligentis & ſegregantis collectam ſeroſitatem. Sed quæ ignitas conſtitutiones in ſe non habent, rumpendo lapidi ſunt magis idonea, quía incidũt opportune, & mínimam caliditatem obtínent. Caliditas autem exíccando porrum colligit, non incidit aut diuidit. Quapropter quæ mínus calída cum hoc, quod incidendi facultatem habent, ſunt meliora. Quæ vero vrinam mouent, calida ſunt & ſicca, atq; acría, quamobrem ſecernunt quidem ſeroſum ſanguinẽ: ſed qcquid in ſe craſsius ille habet, id cogunt & compingunt. Propterea íjs qui calculorum morbo ſunt affecti, apponi non debent. Hæc tamen, ſi veluti ductoribus & vectoribus ad locum affectum vſi quandoq; fuerimus, proderunt. Cæterum poſt lapidis excretionem, {medicamentis} vtendum eſt opportunis† {ad reficiendum & colligendum,} quæ morſu, aſperitate, & feruore deſcendens † κατασηπ-
calculus exulcerauit: præſertim, ſi magnus atq; anguloſus is fuit. Poſtea vbi corpus ex colligẽtium {medicamentorum} beneficio, ſatis collẽctum agnoueris, tum & foris & intus præſeruantía admouebis. Sed ne in hoc rei ſummam eſſe putemus. Immo quantiſper ad prouidentiam hãc F
opera datur, tantiſper conferentibus tam cíbis quàm potibus, & quæ concoquere valeas, vtaris. Ex nutrimentis enim & potibus, quæ naturæ tuæ conueniunt, balneisq;, & exercitijs atq; ſimílibus, virtutes ſingulariter corroborantur: ſicut inuícem ex illorum contrarijs debilitãtur & deficiuntur. Hinc eſt quod propter virium erectionem & vigorem, vſus ſimilium maxime deſiderẽtur. Víribus etenim roboratis & confirmatis, tantũ momentum ad morbi generationem habere níhil poteſt, quín ab íjs illico profligetur. Quod adeo verũ eſt, vt níhil ſubeſſe in vniuerſo corpore inutile eædem patiantur. Hæc ſunt pauca, quæ non equidem iniuſtam hac de re inſtitutionem, ſed breuem ſubmonitionem ſedulo tuus miníſter tíbi offero. Quod ad perfectam de his omnibus traditionem attinet, id nobis vetuſtíſsimi ſapientiæ profeſſores diligẽter proſecuti exhíbuerunt. Quod reſtat, medícus qui tíbi à latere eſt, & curam tui perpetuo gerit, meus cõſeruus & hæc, & veterum ſcripta, & tuæ naturæ conuenientía me magis & alijs omnibus, quantum homíni permiſſum eſt, proſpexit ex íjs, quæ edoctus iam eſt, & ex naturæ tuæ exprompta cognitione perſpiciet. Ei te ergo ſolum committas, nam ita te ille (quod Deo teſte affirmare auſim) ſeduló curat, vt quiſquam alius curare omnino poſsit. Quandoquidem is, cui natura hominis alicuius perſpecta ſic eſt, vt quid ſecundum naturam in ea ſit exploratum habeat: expeditius alijs om- G
nibus cognoſcat, quid præter naturam eídem acciderit. At quanquam animus erat diſceptationẽ logicam de paucís quibuſdam in mediũ afferre, id tamen reſeruãdum in aliud tempus vídetur, nam in præſentía locum habere non poſſunt. Cuiuſmodi eſt, quínam ab hoc affectu líberari poſsint, qui líberari non poſsint: & an lapis hic cauſa ſit, an morbus, an morbi ſymptoma. Et, ſi eſt cauſa, præincípiens ne ſit, an antecedens, an coniuncta: Idq; ſimilarium, an inſtrumentorum, an vtrorunq;. Iam ſi morbus eſt, an ſimilaris ſit, an inſtrumentalis, an communis. Si ſymptoma, actió ne ſit læſa, an excernatur quod retinendum erat, vel retíneatur quod excernendum. An affectus ſit quídam, an vtrunq; illi ſic accíderit, vt & cauſa ſit & morbus, & ſymptoma.



GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS QVI, QVAE IN MEDICATRINA FIVNT, INSCRIBITVR, COMMENTARIORVM LIBRI TRES.

Ioanne Bernardo Feliciano interprete,

Nunc ab eodem & recogniti, & nouis quibuſdam picturis illuſtrati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Communi vniuſcuiuſq; artis dignotione conſtituta docet ex quibus conſtet, quibuſq; munus eius medicinæ compleatur, quæ manuum opera exercetur. Liber autem hic de íjs quæ in medicatrina fiunt, aut Hippocratis, aut Theſſali eius filij Galeno teſte eſt, ad memoriam magis, q̃ ad editionem cõpoſitus.

MEdícum hunc librum, quæ in medicatrina fiunt, inſcripſit, melius tamẽ erat, ſi dixiſſet, de íjs quæ in medicatrina fiunt. quemadmodum nonnulli, Dioclis, nec non Philotimi, & Mantiæ libros inſcribunt. nam cum hi quoq; de eodem argumento conſcripſerint, in pleriſq; eorum exemplaribus abſolute ſine præpoſitione/de/& pronomine/íjs/hoc eſt, quæ in medicatrina fiunt, in paucis cum præpoſitione & pronomine, id eſt de íjs quæ in medicatrina fiunt, inſcriptio reperitur. Sed illorum libri plura continent documenta. hic vero Hippocratis, poſt enumerationem eorum quæ manuum operationem abſoluunt ac complent, de ligandi ratione pertractat. id enim primum vir ille exercendum eſſe cenſet. Quæ ſanè exercitatio in lignis quoq; ad hominum imitationem formatis fieri, ſin minus, in puerorum certe corporibus non incõmode poteſt. Atq; hæc quidem anteq̃ ad ſingula particulatim exponenda venerimus, à libro ipſo coacti diximus. Nunc ea dícam quæ non

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

liber,ſed illi à me exprimunt, qui exemplaria tranſmutant, qui quaslibet à veteribus auctoribus E
lectiones in eum ſenſum, quem ipſi voluerint,facile admittere conſueuerunt. Nonnulli quidem
ſunt,qui valde antiqua exemplaria vel trecentos iam annos deſcripta ſummo ſtudio hincinde cõ-
quiſierint,alia in membranis,alia in tiliæ codicibus exarata: cuiuſmodi ea ſunt quæ apud nos Per
gami reperiuntur. Omnia igitur apud eos qui primi explanauerunt,aduertere propoſui,vt ex ple
riſq; auctoritateq; digniſsimis veras lectiones ac germanas inuenirem:resq; mihi in hoc melius q̃
ſperaueram,ceſsit.nam omnia ferè tam Hippocratis exemplaria, q̃ explanatorum cõmentaria in-
ter ſe conſentientia offendi:vt eorum audaciam non demirari ſummopere non potuerim,qui vel
heri ac nudius tertius commentaria conſcripſere,vel omnium Hippocratis librorum peculiarem
quandam editionem fecerunt.inter quos ſunt Dioſcorides etiam & Artemidorus,qui Capito co
gnominatus eſt:qui circa veteres lectiones multa innouarunt. Verum quia longam nimis oratio
nem noſtram euaſuram videbam, ſi cõmemorare lectiones omnes voluiſſem, melius eſſe exiſti-
maui,vt veteres tantummodo aſcriberem,paucis tamen quibuſdam adiunctis,quæ parum varia-
rent:atq; ex ijs ipſis illas præcipue,quæ apud priores libri huius explanatores cõprobantur. Vete
res autem explanatores quatuor ſunt:duo,qui in oẽs Hippocratis libros cõmentaria cõpoſuerũt,
Zeuxis & Heraclides:duo,qui non in omnes,ſed perceptu difficiliores,Bacchius & Aſclepiades, F
Ac de his quidem ſatis. Sed quò clarius res pateat, à principio breuiter perinde ac ſi nihil dixeri-
mus,repetemus. Liber hic Hippocratis,qui,quæ in medicatrina, fiunt,inſcribitur,in principio
cõmune totius artis exordium continet,vt paulo poſt demonſtrabimus. ac propterea non immerito
nonnulli eum ante cætera omnia legẽdum eſſe cenſuerunt,eam hinc doctrinam pollicíti,quã
poſtea in ijs,quas introductiones inſcripſerunt,quidam tradidere. Deinde poſt cõmune exordiũ
de ijs quæ in medicatrina,loco videlicet ad medicationem idoneo,exerceri queunt,ea docet,quæ
medicam artem diſcere incipientibus vtiliſsima ſunt. Atq; hoc ita ſe habere perſpicies,ſi verborũ
ipſius Hippocratis explanationibus hiſce noſtris diligenter attenderis.

Similia an diſsimilia ſint,à principio inſpiciendum,ex maximis,ex facillimis,ex ijs quæ omnino quocunq; modo 1
cognoſcuntur.

Siue ſanum eſſe,ſiue ſanitatem, ſiue quippiam aliud huiuſmodi medicæ artis finẽ eſſe quiſpiã
dixerit,id per ſe ab ijs,qui artẽ tractant,conſideratur. Perſpicuum.n.eſt contemplationem quan-
dam eſſe,quam diſcere is debet,qui naturalem ſiue diſpoſitionem,ſiue diſpenſationem,ſiue con-
ſtitutionem,ſiue aliud aliquid appellare libeat,correcturus eſt. Reliqua vero omnia huiuſce artis G
non per ſe vel diſcimus,vel docemus,vel oĩno audimus,ſed ob id,quia vnũquodq; eorum ad finẽ
ipſum conducit,ac confert. vt exempli cauſa,diſcretiua artis pars,quã ſignificatiuam recentiores
vocant, exercenda priùs q̃ curatiua ab ijs eſt, qui recte medicinam ſunt tractaturi,vt differentias
morborum in ægrotis diſcernere exacte valeãt,vbi ſimilitudinẽ aliquã habuerint. Nihil interſit
aũt in præſenti hac tractatione,ſi diſpoſitionem contrariam naturali corporis noſtri conſtitutioni
vtriſq; nominibus appellauero,ſicut Græcis omnibus mos eſt.qui modo totum hoc genus mor-
bi, modo paſsionem ſeu affectionem vocare conſueuerunt. Huius igitur diſcretiuæ partis,non
ſecus ac curatiuæ,maxime generalis ſcopus ac finis nunc traditur. ſicut.n.in illa contrariorũ con-
traria eſſe remedia diſcimus,qui cõmunis totius curationis eſt finis ac ſcopus,ita hic diſcretiuæ cõ
munis maxime ſcopus eſt, poſſe diſcernere in quo maxime ægrotantium corpus ſanorum corpo-
ri ſimile ſit.quemadmodum ipſe Hippocrates in præſagijs tractat: Si ipſe,inquiens,ſibiipſi eſt ſi- »
milis aliqua in parte,optimũ eſt. Id quod etiã in libro de articulis declarauit: vbi vult,vt membro »
corporis quod naturaliter ſeſe habet,id quod affectum eſt,comparemus.non.n.abſolute illic cõ-
parationem eſſe faciendã inquit,ſed male affecti hoĩs dexteras partes ſiniſtris conferre iubet,neq;
alienos artículos inſpiciendos,id eſt aliorum hoĩum monet. Idem nunc tibi faciendum cẽſet,cum H
inquit,Similia an diſsimilia ſint,inſpiciẽdũ à principio eſt,ex maximis,ex facillimis: perinde ac ſi
ita dixiſſet, ægrotantium corpora ſtatim à principio dignoſcere ac diſcernere debemus in quo ſi-
milia ſanis ac valentibus, in quo item diſsimilia ſint. ſi.n.ita fecerimus,ex maximis facultate co-
gnitu vero facillimis morborum ſignificationes ſumemus. Sciendũ.n.eſt non alia eſſe maxima,
alia facillima.quippe cum ijſdem ſignis contingat,vt facultate maxima,dignotione facillima ſint.
vt ea ſunt quæ in præſagijs ſtatim in principio ad hunc modũ cõmemorat: Nares acutæ,oculi cõ- »
caui,collapſa tẽpora,atq; huiuſmodi cætera,quæ deinceps enumerantur.nam hæc & maximam »
habere vim ad præſagiendum,nemo eſt qui neſciat,qui vel mediocriter in tractatione artis verſa-
tus eſt,& facillimam dignotionem exhibere oẽs etiam imperiti artis non ignorant.quippe cum
ſtatim vbi quis ad ægrotum ingrediẽ,nulla alia corporis pars prius contemplãdam ſe offerat,q̃ fa-
cies. Si igitur eger ſibiipſi conferatur,vt iuſsit,& certior dignotio habebitur,& ex maximis ſimul
ac facillimis exordio facto artis ipſius negociũ tractabitur. ſed errare fortaſſe aliquis in ijs poſſet,
qui acutas nares,oculos concauos, collapſa tempora ex naturali ſua corporis conformatione ha-
bent. Quocirca ſi ægrotantis corpus ſimile multorum hominũ corpori inueniamus,certo digno-
ſcemus nullo eum prauo morbo, aut praua affectione eſſe occupatum. ſin ita, vt ab Hippocrate

deſcribitur,

A deſcribitur, inſpexerimus, cætera vero in reliquo corpore ſigna fuerint ſalutaria,naturalem eam
faciei diſpoſitionem eſſe ſperabimus: quoq; certior dignotio noſtra efficiatur,hac de re illos,qui
priùs q̃ ægrotaret,hominis habitum noſcebant,pcontabimur. ſiq; hi nobiſcum conſenſerint,tunc
demum certiorẽ prænotionẽ habebimus: non tñ ita certam, vt ſi nos ipſi ægrotantẽ priùs cogno-
uiſſemus, conſuetudineq; eius vſi eſſemus.nam ſi eum ſæpe ſanum inſpexerimus, qui tunc pter
naturã affectus eſt,fiet,vt quanta ſit differentia ſignorũ quæ in eo ſunt,melius pſpiciamus.licet.n.
audiuerimus ab alijs,conijciamusq; ægrotantem natura & nares acutas habere,& oculos concaua-
uos:id tñ ſolus ille eo modo ſcit,qui verſari cũ eo conſueuit: ſi qdem hoc quoq; cognoſcere medi-
cis neceſſariũ eſt.non.n.tñ vtile nobis eſt,ſi præter naturam eſſe affectum corpus nouerimus, ſed
etiã quanto acutiores nares ſint, ſcire oportet,quanto cauiores oculi, quanto item magis collapſa
tempora,q̃ naturaliter ſoleant. & vnũquodq; aliud,vt inquit,non abſolute graue eſt, ſed quod ſi-
mili maxime eſt contrarium, id grauiſsimum eſt.maxime contrariũ quod videlicet à naturali con
ſtitutione plurimum receſsit,grauiſsimum,non abſolute graue periculum indicare aſſerens,qua-
tenus & magis & minus id ſignificat. Quæ ex facie igit apparent ſigna,& cognitu facillima ſunt,
& vim maximam habent,quæ tum in principio ſtatim dixit,tum de oculis deinceps cõmemorat.
B non pauca vero ex ijs quæ in præſagijs recenſet,alia non maxima,alia nõ facillima,alia neq; maxi
ma neq; facillima conſideranti tibi videbunt. de qbus latius qdem in explanatione illius libri dic-
tum à nobis eſt: pauca tñ nonnulla exempli cauſa etiam hic repetent. Nam ſupinum iacere,ma-
nuſq; & crura non ſecus ac reſolutos iactare, non ex praua affectione interdum, ſed ex mollitie,
nimioq; luxu ægrotantis euenit: vt niſi mores quoq; eius nouerimus,erraturi ſimus. at vt omniũ
quos inuiſimus mores cognoſcamus, fieri non poteſt. quocirca vix in paucis aliquibus ipſa hæc
non requirenda ſunt. quippe cum non magnũ quid ſignificare interdum ipſa inueniamus, vt in
cubatione,qñq; maximum,vt in modeſtis, ſi aſpectum audaciorem,vocemq; habeant.ſimili mo-
do quoq; flatus ventris crepens,vel dolorem,vel delirium indicat in ijs qui id facere audientibus
aliquibus verent. nam ſi præſentes non vereant, nullius id erit nota. Quare etiam hic ægrotantis
mores ſcire oportebit: quemadmodũ etiam conſuetudinẽ eorũ qui in ventrem dormire conſue-
uerunt, & naturã eorum qui dormiendo aut dentibus ſtrident, aut non exacte oculis conniuent,
ita vt palpebræ cõmittantur. Huiuſmodi.n.oĩa,vbi & conſuetudinem & naturam ægrotantis vel
prænouerimus, vel ab aliquo qui prænouerit, audiuerimus,dignotionẽ nobis afferre poterunt:
& qñq; bona,quandoq; mala denunciabunt. Ac nigra qdem vrina,vel nigrum ſputum,vel nigra
C bilis,cum inter initia morborum apparet,& vim maximã habet,& dignotionẽ facillimam affert.
quemadmodum è contrario in acutis morbis ex facili ſpirare, & in vrina ſubſidere album,læue,
æquale,maximam vim ad ſalutem habere conſueuit.Sed qñ ſatis iam de ijs quæ ad dignotionem
attinent,dictum à nobis eſt,in exẽplum eorum quæ & magnam habent vim,& cognitu facillima
ſunt,& oĩno ac quocunq; modo cognoſcunt,ſiue experientia, ſiue ratione,non tñ tantam habent
vim,tamq; facilem dignotionem,ſed præcognitione,vel interrogatione ad ægrotantium conſue-
tudines, mores, ac naturas pcipiendas indiget, deinceps de ijs quæ manuũ tractatione exercent,
nonnulla diſſeremus: atq; euidentiæ cauſa exẽplum proponemus, quod ſtatim in principio libri
de articulis ſcripſit Hippocrates,vbi de brachij luxationibus agit.In hoc.n.& maximum & facil-
limum ad dignotionem ineſt,ſi rotundus tumor ac durus in ala apparet. fieri enim id non poteſt,
niſi caput brachij è iunctura ſua exciderit,in locumq; aleæ fuerit prolapſum. nam ſuperhumeralis,
quam ἐπωμίδα appellant,ſinus,tum luxationis brachij, tũ auulſionis ſummi humeri in quãcũq;
altitudinem efferri poteſt,commune ſignum eſt. Quocirca ſi laborantem partem ſanæ cõpararis,
atq; vbi viſum fuerit in ſuo naturali ſtatu non conſiſtere, brachium excidiſſe iudicaris, nota hæc
non ita,vt quæ ex tumore in ala apparet,magnam ſtatim vim,facilemq; dignotionẽ habet.ac ma-
D gis quoq; in vi deficit indicium,quod ex brachij motu ſumitur. nam attollere brachiũ non poteſt
homo etiam cũ qui ibi ſunt muſculi vel contuſi,vel intenti,vel inflãmati fuerint: quemadmodum
etiam cum fibræ aliquæ ipſorum auulſæ in ima parte ſunt. Ego ſané tale quid contigiſſe olim me-
mini,quod referam:Cum in ſummo humero auulſio cuidam priùs accidiſſet, deinde alterum bra
chium poſtea luxationem eſſet paſſum,in palæſtra aũt hoc euenit,medicus quidam vtrorũq; bra-
chiorum ſuperhumerales ſimiles conſpicatus,temere ſtatim pronunciauit, pcuſſum fuiſſe eo loci
hominem aſſerens,ac propterea non immerito dolore afflictari:articulum vero abſq; læſione vlla
eſſe:conſuluitq; vt in balneum q̃citiſsime,pfectus oleo multo vteretur,in ſolioq; aqua pleno im-
moraretur:cumq; inde fuiſſet egreſſus, contecta percuſſa parte lanis oleo tinctis,cui parum ceræ
fuiſſet adiectum,cubaret, ac quieſceret. quod cum feciſſet ille,tota nocte dolore vexatus eſt,atq;
agitatus. Vnde & eundem illum medicum, & nonnullos alios,qui videlicet abſq; ratione expe-
rientia vti in arte tractanda conſueuerunt, conuocandos curauit: at ille qui priore die deceptus
temere atq; inconſiderate articulum naturaliter ſeſe habere iudicauerat,cum ad ægrotantem per-
ueniſſet, vidiſſetq; ibi duos peiores medicos atq; ignobiliores, indignatus eſt, quaſi fuiſſet con-
temptus:id tamen minime præ ſe ferens,procacius adhuc ex indignatione ei in naturali ſede eſſe
articulationem aſſeuerauit, cum vtriuſq; brachij ſuperhumerales ſimili modo ſeſe habere nihilo